DE

INTERIECTIONUM EPIPHONEMATUMQUE

VI ATQUE USU

APUD ARISTOPHANEM

SCRIPSIT

AEMILIUS SCHINCK.

HALIS SAXONUM
IN LIBRARIA LIPPERTIANA
(MAX NIEMEYER)
M D CCC LXX III.

DE

INTERIECTIONUM EPIPHONEMATUMQUE

VI ATQUE USU

APUD ARISTOPHANEM

SCRIPSIT

AEMILIUS SCHINCK.

HALIS SAXONUM

IN LIBRARIA LIPPERTIANA

(MAX NIEMEYER)

M D CCC LXX III.

Obiter tantummodo tractata pars sermonis Aristophanei relicta est, quae quidem ut mihi videtur, prae aliis idonea est ad depingendum et illustrandum illud genus vulgare dicendi, quale est in via et foro, quo Aristophanes ut nullus alius graecus poeta diversissimae vitae cotidianae condicionis homines, mores Atticorum, multa alia quae cognitu digna sunt, descripsit. Est autem hoc multitudo interiectionum epiphonematumque, quibus homines cuiusque vitae condicionis animi affectus exprimunt, stuporem, iram, libidinem, admirationem, gaudium, dolorem, innumerabilia paene alia. Quae cum ita sint propositum mihi nunc est de interiectionibus vocibusque similibus quae apud Aristophanem leguntur uberius disserere, qua in re ita versabor, ut singulis interiectionibus earumque vi et usu apud Aristophanem pertractato investigem, quae sint communis sermonis Atticorum, quae ab ipso poeta ficta. Fontes, quibus hac in re uti licet, perpauci sunt. Aute omnia nominanda sunt scholia in Aristophanem; deinde animadversiones grammaticorum veterum, inprimis Apolonii Dyscoli, Herodiani technici, quae vero, cum illorum virorum opera maximam partem deperdita sint, hac atque illac dispersae diversissimis locis leguntur, imprimis apud Suidam et in Etymologicis, quae quidem omnia suis locis nominabo. Saepissime autem, quoniam veteres et recentiores tacebant, quippe qui in has voculas, cum nullius momenti propter minutiem viderentur esse, animum non adverterunt, ex ipsis Aristophanis verbis et singulorum locorum sensu significatio interiectionum enucleanda erat. Interdum etiam fit, ut nihil certi diiudicare possimus, id quod ex natura huius generis verborum est. Nam interiectiones, aliquo animi affectu emissae hunc animi affectum exprimunt; paullatim autem

1

priscus hic usus obliterabatur et saepissime pro formula, certo usu vel notione carenti, interiectio edebatur. Qua ex re et quod talia verba cum reliquis orationis partibus non coniunguntur vel construuntur in una eademque interiectione diversissimas coniunctas invenimus notiones. Optimum videbatur in hac serie interiectionum quae apud Aristophanem leguntur primum de eis deinceps agere, quae perspicue pro exclamationibus aliquo animi affectu ortis habendae sunt, deinde quasi in appendice eas voculas vel formulas tractare quae in sermone Aristophaneo quidem pro interiectionibus haberi possunt, quarum usus autem prius vel apud alios scriptores alius est.

Ἆ.

Simplex ἆ exstat Thesm. 689.*) Ran. 759. Plut. 127. Duplicatum ἆ ἆ vel ἀᾶ (de hac re postea videbimus) Vesp. 1379 et Plut. 1051. Ad Plut. 127 scholiasta adnotat quaedam de significatione huius voculae *ἐπίρρημα τοῦτο ἐπιτιμητικόν* seu *ἐκπλήξεως*, et schol. ad Plut. 1051 *ἔστι δὲ ἐπίρρημα ἐκπλήξεως καὶ κελεύσεως, ἐπίρρημα ἐφεκτικόν.* Iam singula loca investigemus. Vesp. 1379 scaena est haec: Philocleo pater in scaenam prodit cum meretrice, quam ob rem filius indignabundus patrem notat eique puellam eripere studet. Itaque gestus quosdam fecisse putandus est propter quos pater quaerit *ἆ ἆ τί μέλλεις δρᾶν;* Ah, quid es facturus? *Ἐπίρρημα* igitur est *ἐπιτιμητικόν* vel *ἐκπληκτικόν*, conveniens homini perterrito aut potius deterrenti. Similis vel potius eadem est significatio vocis Thesm. 689 *ἆ ποῖ σὺ φεύγεις;* Ceterum animadvertendum duobus in his locis ἆ in initio interrogationis positum esse. Eandem prohibendi significationem vox habet Plut. 127 *ἆ μὴ λέγ' ὦ πονηρὲ ταῦτ'* et in eadem fabula 1051 *ἆ ἆ τὴν δᾷδα μή μοι πρόσφερε.* Hoc autem in loco scholiastam incertum fuisse quae sit significatio vocis ex verbis eius haud difficiliter erui potest. Sunt autem scholia quae sine dubio varios sibi nuncupant auctores haec: *ἆ ἆ: Ὡς τοῦ νεανίσκου προσφέροντος τὴν δᾷδα αὐτῇ τοῦτο λέγει· ἔστι δὲ ἐπίρρημα ἐκπλή-*

---

*) in versibus enumerandis utor Dindorfii quinta poetarum scenicorum editione.

ξεως καὶ κελεύσεως. Dv. ἐπίρρημα ἐφεκτικόν, μή μοι πρόσφερε. Suidas qui multa passim habet quae ex his sumta esse manifestum est, adverbium μετ' ἐκπλήξεως καὶ παρακελεύσεως esse dicit. Quae omnia vix inter se consocianda videntur. Nam quomodo in nostro loco vim κελεύσεως i. e. iubendi vel παρακελεύσεως i. e. adhortandi habere potest, cum dicat μή μοι πρόσφερε? Multo convenientius fuisset ἐφεκτικόν i. e. cohibentis appellare.

Omissus est locus in Ranis 759, cui ea, quam adhuc invenimus, signifiatio non convenit. Accuratius hic locus tractandus est, quod codices et editiones in verbis constituendis valde inter se differunt. τίς οὗτος οὔνδον ἐστὶ θόρυβος καὶ βοὴ χὼ λοιδορησμός; ΑΙ. Αἰσχύλου κεὐριπίδου. ΞΑ. ἆ. ΑΙ. πρᾶγμα πρᾶγμα μέγα κεκίνηται μέγα ἐν τοῖς νεκροῖσι καὶ στάσις πολλὴ πάνυ. Sic locum Dindorfius nuper constituit; notandum autem in Ravennate codice personae signum ΞΑ. v. 759 omissum et ᾶ pro ἆ scriptum esse. Idem fere praebent alii libri, qui praeterea vel ἄ vel ὤ vel αἴ scribunt; qua ex re si ᾶ Ravennatis respicimus patet, etiam in hoc libro ἆ legendum esse. Iam ad sensum loci adeamus. Interroganti servo quisnam hic intus sit hominum tumultus et clamor Aeacus rei atrocitate perculsus magnae rei initium a mortuis moveri ac vehementem seditionem inter Aeschylum et Euripidem ortam esse respondet. Cur optimi codicis scriptura, personae signum ΞΑ initio v. 759 omittentis mutanda sit equidem non intellego neque etiam Dindorfius causam cur hoc ἆ Xanthiae tribuerit indicavit. Quamquam enim in his rebus quae ad personarum mutationes attinent vel optimis codicibus minima fides habenda est rectius tamen videtur, ubi signa personarum posita sunt accuratius inter singulas partes distribuere, quam ubi desunt nova inserere. Itaque nostro in loco Ravennatis scriptura retinenda videtur. Iam quaeramus quid illud ἆ sibi velit. Significationem prohibendi vel vetandi huic loco non convenire quisque primo obtutu videt. Rem permagni momenti Aeacum Xanthiae patefacturum esse voces cum emphasi quadam ut ita dicam, vel rhetorice cumulatae aperte indicant, πρᾶγμα πρᾶγμα μέγα κεκίνηται μέγα. Suidae locus s. v. ἆ rectum docere mihi videtur. Σημαίνει δὲ καὶ τὸ πολὺ καὶ μέγα, παρ' Ἀρχι-

λόχῳ[1]) *ἆ δέκα ταύροις.* Dicitur igitur illa vocula cum exclamatione de re quapiam magna quae repente contigit aut ante oculos nostros repente sese obtulit. Aeacus igitur interrogatus a Xanthia verba primum invenire non potest, quia disceptatio Aeschyli et Euripidis permagna est, quippe quae totum orcum concitavit.

Est igitur *ἆ* ut paucis complectar quae de significatione huius interiectionis dicta sunt interiectio varios animi affectus exprimens unde a grammaticis *ἐπίρρημα ἐκπληκτικόν, θαυμαστικόν, κελευστικόν, σχετλιαστικόν* vocatur et saepissime invenitur cum formulis vetandi; rarior est significatio, ex qua permultum et magnum exprimit.

His de significatione tractatis ad scribendae vocis rationem et accentum transire licet. Praeceptum de hac re exstat apud Suidam: *Τὸ ἂ ἂ κατὰ διαίρεσιν ἀναγνωστέον οὐ καθ' ἕνωσιν, ἀλλὰ καὶ ψιλωτέον ἀμφότερα. εἰ γὰρ ἓν μέρος λόγου ἦν καὶ κατὰ σύναψιν ἀνεγιγνώσκετο, οὐ χρείαν εἶχε τῶν δύο τόνων, ἤτοι τῶν δύο ὀξειῶν. καὶ τοῦτο μὲν ἐκπλήξεως ὂν ψιλοῦται. τὸ δὲ ἆ ἆ θαυμαστικὸν δασύνεται.* Ac primum quidem quod ad simplex *ἆ* attinet inter veteres et recentiores grammaticos constat scribendum esse tenui spiritu et accentu circumflexo. Ex eis quae dicit Suidas de duplicato *ἆ* facile intellegitur, iam Suidae aetate dubitatum esse de scribendi ratione. Postquam exposuit *ἆ ἆ* legendum esse *κατὰ διαίρεσιν* non *καθ' ἕνωσιν* et tenuari utrumque debere, addit, si enim una pars orationis essent, non opus haberent duobus accentibus, nimirum acutis. Ex eis autem quae dicit de scribendi ratione *κατὰ διαίρεσιν* i. e. divisim, non *καθ' ἕνωσιν* i. e. non coniunctim, colligi facile potest, fuisse quibus placeret has duas voculas nullo interiecto spatio utrique accentu dato scribere. Ita vero si Suidae verba interpretamur, et puto nullum alium ex eis elici sensum posse, animadvertendum tamen erit, Suidam non dicere *ἐπιρρήματα,* quod si accuratius rem inquirimus exspectamus, sed *τὸ ἐπίρρημα.* Sed hoc non moneo. Aliud quod in Suidae verbis offensionem movet est, quod Suidas, postquam explicavit voculam hanc ubi sit *ἐκπλήξεως* tenuari,

---

[1]) frag. LXXXIX.

θαυμασμοῦ autem aspirari, utrobique illam geminat, cum *ἆ ἆ* nullo modo legi possit in versu quem affert, sed semel tantum modo *ἆ*. Itaque iure quis suspectam habeat in hoc Suidae loco fidem librarii. Nam si Suidas vocem istam, ubi significationem *ἐκπλήξεως* habet, accentu illo notasset, dubium esse non potest, quin post verba *δασύνεται* addidisset ut saepissime fecit, *καὶ περισπᾶται*. Praeterea apud Hesychium quoque plura exstant quae faciunt ut suspicemur has duas voculas in unum conflatas fuisse. *Ἅα: σύστημα ὕδατος* vel *Ἅα σχετλιαστικὸν ἐπίρρημα ἢ σύστημα ὕδατος*. Sed cum *σύστημα ὕδατος* significari non possit aliis voculis nisi coniunctim scriptis, suspicari quis possit, scriptorem huius loci adverbii quoque significationi scripturam illam addidisse quae deinde mutata fuerit a quopiam non animadvertenti sequentem explicationem aliam scribendi rationem poscere.

Itaque quamquam de singulis huius disceptationis non satis constat, tamen ex omnibus concludi posse puto *ἀᾶ* in unam vocem scribere solum rectum et veteribus quoque grammaticis probatum esse. Duplicatum *ἀᾶ* dubitari potest utrum iambi, am quod minus probabile est spondei mensuram habeat. Nam poetarum scaenicorum loci utrumque admittunt, uno excepto versu Euripidis Or. 1598. *ΟΡ. ἔσται τάδ'. ΜΕ. ἆ ἆ μηδαμῶς δράσῃς τάδε.* Maxime autem me movet ut iambi vocis mensuram solam usitatam fuisse putem, locus in eodem Euripidis Oreste v. 146 et 168, ubi iambo *ὀλεῖς* in antistropha *ἀᾶ* respondet in stropha.

Apud Latinos eadem fere vox est hau vel ahu vel au, exempli gratia apud Terentium in Eun. IV, 4, 14 „an tu hunc credisti esse obsecro, Ad nos deductum? *PH.* Namque alium habui neminem. *PY.* Au.

Αἶ.

Solum exstat Plut. 706.

ΓΥΝ. λέγεις ἄγροικον ἄρα σύ γ' εἶναι τὸν θεόν.
ΚΑ. μὰ Δί' οὐκ ἔγωγ', ἀλλὰ σκατοφάγον. ΓΥΝ. αἶ τάλαν.

De significatione huius voculae apud Eustathium adnotatur esse *μεμπτικόν*, qua utimur alicui succensentes vel irati. Fe-

mina in illo loco de sordidis facetiis quas servus de Aesculapio deo dixit, ita est irata, ut ob has eum vituperet *αἲ τάλαν*, quod latine redditur per phui, rectius fu. Ceterum est monendum, hoc verbum prorsus alienum esse a sequenti interiectione *αἰαῖ*, a qua accentu et significatione discedit. Nostrum verbum acuto notatur, aliud *αἶ* quod *θρηνητικόν* est, nusquam simplex legitur, sed duplicatum tandummodo *αἰαῖ*. Confusio duarum vocum orta videtur e neglegentia librariorum qui in manuscriptis *αἰαῖ* dirimebant in *αἶ αἶ* vel *αἶ αἴ* [2]).

Αἰαῖ.

Ach. 1083 et 1084 *αἰαῖ οἵαν ὁ κῆρυξ ἀγγελίαν ἤγγειλέ μοι. ΔΙΚ. αἰαῖ τίνα δ' αὖ μοι προστρέχει τις ἀγγελῶν.* Lys. 393 *ἡ γυνὴ δ' ὀρχουμένη αἰαῖ Ἄδωνιν φησίν.* ibid. 961 *κἄγωγ' οἰκτείρω σ' αἰαῖ.* Thesm. 885 *αἰαῖ τέθνηκε.* ibid. 1041 *πολυδάκρυτον ἀΐδα γόον φλέγουσαν αἰαῖ αἰαῖ.* ibid. 1128 *αἰαῖ τί δράσω;* Eccl. 912 *αἰαῖ τί ποτε πείσομαι;* In omnibus his locis fluctuant libri modo *αἰαί*, modo *αἶ αἶ* scribentes. Ad Ach. 1083 exstat hoc scholion. *αἶ αἶ: τούτων τινὲς τὸ μὲν πρῶτον διὰ τῆς αι διφθόγγου, θρηνητικὸν γάρ· τὸ δὲ δεύτερον ψιλόν, θαυμαστικὸν γάρ.* Voces *διὰ τῆς αι διφθόγγου* et *ψιλόν* inter se oppositae aperte indicant, *ψιλόν* hoc loco non eo quo vulgo accipiendum esse sensu, ita ut sit contrarium vocis *δασυνθέν* vel *δασυνόμενον*, sed alterum *αἰαῖ* sine diphthongo scribendum esse *ἀᾶ* [3]), quod vario sensu utrumque *αἰαῖ* hoc loco invenitur, alterum lamentantis, alterum gaudentis. Sed puto hunc locum omnino aptum non esse ad constituendam huius vocis significationem. Nemo enim est quin videat Dicaeopolin ironice et acerbis facetiis omnia iterare quae Lamachus dicit, ita ut sint Dicaeopolis verba in gaudium quodammodo transversa si conferuntur cum eis quae Lama-

---

[2]) cf. Hermann. ad Soph. Ai. 370, ad Phil. 1094, ad Oed. R. 1307, qui observavit *αἶ θρηνητικὸν* nusquam simplex poni sed semper geminari. cf. Io. Alex. *τον. παραγγελμ,* p. 32, 24.

[3]) de hac vocis *ψιλόν* notione cf. R. F. A. Schmidt. Beitraege zur Gesch. d. Gramm. p. 73 sq. et G. Curtius Erlaeuter. p. 24.

chus lamentatur. Qua in re poeta omnium maxime id spectasse putandus est, ut quam maxime has altercationes verborum sono pares efficiat. Praeterea autem puto, si histrio hoc loco vocem *αἰαῖ*, de qua omnes sciebant luctum maeroremque significare, voce laeta et cum risu quodam pronuntiabat, comicam vim, qua haec fabulae pars abundat, multo auctam esse. Itaque *αἰαῖ* hoc loco in *ἆᾶ* mutandum esse nego. *Θρηνητικόν* igitur est *αἰαῖ*, lamentantis, vel *δυσφορικόν* ut dicit Eustath. 1581, 12 et 1763, 58 quo utimur nos aliquid aegre ferentes significantes. *Αἰαῖ* quod legitur Lys. 393 *αἰαῖ Ἄδωνιν* formula vel proverbium fuisse verisimillimum est, [*ὁ ἐπὶ τῷ Ἀδώνιδι θρῆνος*] quo mulieres Adonin lamentabantur.

De accentu et scriptura vocis grammaticos posteriores librariosque certas regulas secutos non esse, si obiter tantummodo codices inspicimus facile apparet, quare inquirendum est, quid de hac re princeps grammaticorum graecorum Herodianus censuerit. Exstat locus qui huius viri doctrinam auctoritatemque secutus est in schol. ad Lycophr. 31 [4]): *αἶ αἶ: ἐπίρρημα θρηνητικὸν ὃ πάντες οἱ νῦν βαρύνουσι· Στέφανος δὲ καὶ Μελάμπους περισπᾶν ἀξιοῦσι, λέγοντες τουτονὶ τὸν κάνονα. τὰ εἰς ᾱι δίφθογγον λήγοντα ἐπιρρήματα ἂν ἐπὶ τέλους ἔχωσι τὸν τόνον περισπῶνται, ἰατταταῖ, παππαῖ, αἶ καὶ τὰ ὅμοια πλὴν τοῦ βαβαὶ καὶ τοῦ καί, ἐγὼ δέ φημι καὶ τοῦ οὐαί.* [5]) Ex hoc loco etiam uno verbo *αἶ αἶ* scribendum esse concludere posse mihi videor. Cum enim scriptor huius loci dicat *τὰ εἰς ᾱι δίφθογγον λήγοντα ἐπιρρήματα ἂν ἐπὶ τέλους ἔχωσι τὸν τόνον περισπῶνται*, per se manifestum est voces monosyllabas his verbis intellegi non posse, nam hae per se accentum in ultima syllaba habent, sed voces, ut etiam exempla allata indicant, plus quam unam syllabam habentes. Quae cum ita sint pro *αἶ* quod vulgo hoc loco legitur *αἰαῖ* scribendum esse puto.

Verbum est a sermone tragicorum usurpatum, apud quos sexcenties legitur. Simplex autem *αἶ*, de quo iam s. v. *αἶ* dixi,

---

[4]) in editione Herodiani Lentziana I· p. 503.

[5]) cf. Schol. ad Aesch. Prom. 126 et Phavorin. s. v. *αἶ, αἶ*.

nusquam invenitur, nisi librariorum errore ab *αἰαῖ* diremtum. An *αἶ* ter apud tragicos ponatur valde incertum est[6]).

Αἶβοῖ.

Ach. 189 *αὗται μέν εἰσι πεντέτεις. γεῦσαι λαβών. ΔΙΚ. αἰβοῖ.* Equ. 957 *αἰβοῖ τάλας.* ibid. 891 *ἰαιβοῖ. οὐκ ἐς κόρακας ἀποφθερεῖ βύρσης κάκιστον ὄζων;* Nub. 102 *αἰβοῖ πονηροί γ' οἶδα.* ibid. 829 *αἰβοῖ τί ληρεῖς;* ibid. 906 *αἰβοῖ τουτὶ καὶ δὴ χωρεῖ τὸ κακόν.* Vesp. 37 *αἰβοῖ. ΣΩΣ. τί ἐστι;* ibid. 973 *αἰβοῖ. ΒΔΕΛ. τί τὸ κακόν.* Pax 15 *αἰβοῖ φέρ' ἄλλην.* ibid. 544 *αἰβοῖ τάλας.* ibid. 1066 *αἰβοῖβοῖ. ΙΕΡ. τί γελᾷς;* ibid. 1291 *αἰβοῖ· ἦ γὰρ ἐγὼ 'θαύμαζον ἀκούων.* Av. 610 *αἰβοῖ ὡς δὴ πολλῷ κρείττους οὗτοι τοῦ Διὸς ἡμῶν βασιλεύειν.* ibid. 1055 *αἰβοῖ λαβέτω τις αὐτόν.* ibid. 1341 *αἰβοῖ, οὐκ ἔστιν οὐδὲν τοῦ πέτεσθαι γλυκύτερον.*

Varias si hos omnes respicimus locos vox *αἰβοῖ* habet notiones, et etiam veteres grammatici tam diversas significationes tradunt, quae vix consociari inter se primo obtutu posse videantur. Itaque singuli loci comparatis antiquorum testimoniis deinceps perlustrandi nunc sunt.

Ach. 189 Amphitheus a Dicaeopoli iussus ut inducias a Lacedaemoniis apportaret illi tria specimina fert. Istae quidem, inquit, quinquennales sunt, cape et gusta. Dicaeopolis ad haec *αἰβοῖ* inquit. Amph. Quid est? Dic. Non placent mihi, quia redolent picem et apparatum navium. Nauseam igitur vel fastidium Dicaeopolis per *αἰβοῖ* exprimit. Notandum est, *αἰβοῖ* sat multis locis occurrere, ubi agitur de intolerabili vel putido odore, id quod qui olfaciunt per *αἰβοῖ* exprimunt. Talis est interiectionis condicio Equ. 891, Nub. 906 Vesp. 37. Pax 15. Praeterea fastidientis est Nub. 102 et 906, Pax 1291, Av. 1055. Etiam Vesp. 973 haec significatio statuenda est, quamquam hoc loco etiam aliquid doloris adiectum est. Philocleo senex in causa illa canina contra animi naturam mitescere sese sentit; quae res ipsi fastidium affert.

---

[6]) qua de re vid. Seidler. de vers. doch. p. 72.

Complures locos in hoc examine omisi, in quos illa quam repperimus significatio minime quadrare videtur. Etiam veteres grammatici hoc observarunt variasque voci tribuerunt significationes, quamquam de hac re accuratius non tractavere. Quare hic aptissimum videtur veterum de hac voce testimonia afferre. Sunt autem haec. Schol. ad Nub. 102 *αἰβοῖ σχετλιαστικόν ἐστι.* [*σχετλιαστικὸν ἐπίρρημα* generaliter de his interiectionibus usurpatur, non nisi lamentationem seu stomachum vel in universum animi affectum exprimentibus]. Accuratius schol. ad Vesp. 973 senis Philocleonis amimi motum seu affectum describit: *αἰβοῖ: Ὡς μαλαχθεὶς ὁ γέρων δυσαρεστεῖται, κακόν τι νομίζων αὐτὸ* [scil. *τὸ μαλαχθῆναι*] *εἶναι διὰ τὸ ἀηθές.* Haec sunt quae ad priorem vocis significationem ex qua fastidientis est spectant; iam transeamus ad locos et explicationes quae ab hac significatione discedunt. Nub. 829 *ΣΤΡΕΨ. δῖνος βασιλεύει τὸν Δί' ἐξεληλακώς. ΦΕΙΔ. αἰβοῖ τὶ ληρεῖς; Γέλων,* inquit scholiasta, *λέγει τὸ αἰβοῖ. ἔστι δὲ ἐπίρρημα σχετλιαστικόν.* Strepsiades hoc loco nova illa praecepta quae apud Socratem de Iove eiusque imperio audivit cum filio communicat; hic autem patrem propter illas nugas irridet, nam nova illa praecepta incredibiliora sunt quam quae quis credat. Ceterum scholiasta sensisse mihi videtur vocem *αἰβοῖ* hic aliter a poeta usurpatam esse quam alibi; dicit enim *ἔστι δὲ ἐπίρρημα σχετλιαστικόν;* quo *δὲ* sine dubio indicare vult, aliis locis hanc qua hic invenitur significationem non habere. Eadem deridendi significatio exstat, siquidem scholiastam sequimur, in eadem Nubium fabula v. 906 in disceptatione iusti et iniusti oratoris. *αἰβοῖ τουτὶ καὶ δὴ χωρεῖ τὸ κακόν. δότε μοι λεκάνην.* Schol. hic adnotat: *αἰβοῖ: γελᾷ ὁ δίκαιος.* Concedendum est iustum oratorem propter verba adversarii ridere posse; quomodo autem cum hac explicatione ea quae postea dicit conveniunt? Adnotat enim ad v. 907 *δότε μοι λεκάνην: Ὡς ναυτιῶν ὑπὸ τῆς ἐκείνου ψυχρείας. λείπει τὸ ἵνα ἐμέσω. χολὴ γάρ μοι ἐπιπλέει διὰ τὰ αὐτοῦ ῥήματα.* Pelvim igitur petit ut in eam evomat, quia bilem ei movent verba adversarii. Quid hic risus sibi vult? Itaque puto hoc loco scholiastam qui adnotavit *γελᾷ ὁ δίκαιος* non recte sensum loci intellexisse et alium deinde rectam explicationem apposuisse. Quare hic

locus prioribus adnumerandus est ubi erat *αἶβοῖ* de nausea vel taedio accipiendum.

Deinde elucet ridendi vel potius deridendi significatio ex versu Pacis 1066. *αἰβοιβοῖ. ΙΕΡ. τί γελᾷς;* ubi etiam schol. explicat *παρεπιγραφή. ἀκούσαντες γὰρ τοῦ χρησμοῦ ἐγέλασαν. Γελῶντος γάρ ἐστι τοῦτο μίμημα.*

Praeter has duas notiones vocis *αἰβοῖ* tertia denique statuenda est, ex qua gaudium cum stupore significat. Habemus talem locum in Avibus v. 1341 *αἰβοῖ. οὐκ ἔστιν οὐδὲν τοῦ πέτεσθαι γλυκύτερον.* Parricida hoc loco ad aves venit pennas et alas petiturus, ut avis fiat, et per *αἰβοῖ* gaudium suum exprimit, quam iucundum sit volare et avium moribus uti. Hanc vocis *αἰβοῖ* significationem schol. ita circumscribit: *οὐ μόνον ἐπὶ σχετλιασμοῦ τὸ αἰβοῖ ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς ἡδονῆς, ὡς καὶ νῦν.* Sine dubio spectant ad hunc Aristophanis locum verba Suidae. s. h. v. *σχετλιαστικὸν ἐπίρρημα. τάττεται δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἡδονῆς παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Ὄρνισιν.* Reliqui loci qui hanc significationem praebent sunt Pax 544 *αἰβοῖ τάλας. ἐκεινονὶ γοῦν τὸν λοφοποιὸν οὐχ' ὁρᾷς τίλλονθ' ἑαυτόν; ὁ δέ γε τὰς σμινύας ποιῶν κατέπαρδεν ἀρτὶ τοῦ ξιφουργοῦ 'κεινονί.* Fingit hic Comicus duos histriones e scaena in theatrum prospicientes, in quo id, quod his verbis describitur, fit; histriones hoc non sine gaudio aliquo vident.

Restat locus in Avibus v. 610 *αἰβοῖ ὡς δὴ πολλῷ κρείττους οὗτοι τοῦ Διὸς ἡμῶν βασιλεύειν.* Dindorfius in adn. Oxon. ad hunc locum adnotat: „*ὡς* delet Hermannus in Elem. doct. m. p. 405, rectius quam in Addendis ubi *αἰβοῖ ὡς* per crasin coniungi vult: quod non videtur fieri posse". Idem in editione Avium a. 1822 „*αἰβοῖ* extra versum posui et *δή* addidi. Brunckius *βαβαὶ ὡς πολλῷ κρείττους* scripsit. *αἰβοῖ* non nisi repudiantis et abominantis esse ideoque hic ne convenire quidem addit idem solita levitate". Causa non est cur *αἰβοῖ* mutemus; hoc unum mutandum est, non Euelpidem sed chorum avium haec verba loqui. Pithetaerus enim hoc loco aves docet, eis cum sint omnium animalium praestantissima regnum totius orbis terrarum deberi, quod dudum dii iniuria obtinuerint. Aves hac nova doctrina obstupefactae *αἰβοῖ* inquunt, *ὡς δὴ*

πολλῷ κρείττους κ. τ. λ. Huc spectare videntur quae exstant in Et. Mag. 28, 9 *αἰβοῖ ὡς οἴμοι, τίθεται καὶ ἐπὶ θαυμασμοῦ.*

Accentus vocis confirmatus est Herodiani auctoritate I, 502. *τὰ σχετλιαστικὰ τῶν εἰς οῑ καὶ αῑ ἄλογον ἔχει τὸν τόνον. ἃ μὲν γὰρ αὐτῶν περισπᾶται ὡς τὸ ἀτταταῖ καὶ τὸ οὐαῖ. καὶ αἰαῖ, σαβοῖ τε καὶ αἰβοῖ.* Sed equidem nunquam mihi persuadere potui, unam eandemque vocem tam diversissimas notiones indignationis, risus, gaudii prae se ferentem uno accentu notatam fuisse. Quare non sine aliqua veritatis specie opinor hanc vocem *αἰβοῖ,* uti in vocibus *ἰού* et *ἰοῦ* factum est, vario accentu nempe acuto et circumflexo distinctam fuisse; fortasse *αἰβοῖ* circumflexo scriptum gaudium vel risus exprimebat, *αἰβοί* vero acuto notatum fastidium vel taedium. Testimonia veterum grammaticorum de his rebus tam depravata ac lacunosa nobis tradita sunt ut facile, sicuti etiam in aliis eisque gravioribus rebus factum est, aliquid omitti potuerit, praesertim cum de huius generis voculis agatur, quippe quae cum sint tantillae facile grammaticorum observationem subterfugiebant.

Legitur etiam forma producta *ἰαιβοῖ* Vesp. 1338 *ὡς οὐδ' ἀκούων ἀνέχομαι δικῶν; ἰαιβοῖ αἰβοῖ;* ita vulgo legitur, sed locus est corruptus. Dindorfius satis audacter scripsisse mihi videtur *ἰαῖ ἰαιβοῖ.* Sine dubio lorma *ἰαιβοῖ* cum hoc uno loco exstet valde suspecta videtur. Inter emendationes huius loci felicissimam esse puto Meinekii qui *ὡς οὐδ' ἀκούων οὐκ ἔτ' ἀνέχομαι δικῶν: αἰβοῖ* et hoc quidam extra versum positum scribit. Pauca denique dicenda sunt de forma *αἰβοῖ βοῖ* Pax 1066, nam sic Ravennas et Venetus formam in duas voces diremtam praebent. In hac forma omnes cognoverunt duplicatum *αἰβοῖ* latere, sed varie scriptum est. Praeceptum Apollonii Dyscoli de adverb. p. 558, 25 *καὶ γὰρ τὰ πρωτότυπα θέλει ὁπωσδήποτε περισπᾶσθαι ὡς ἔχει τὸ οἰμοιμοῖ καὶ τὸ ὀτοτοῖ καὶ τὸ οἰοιοῖ* [7]) quantum equidem video nemo secutus est, et recte quidem; nam condicio illarum vocum quas nominat Apollonius alia est minimeque in nostram vocem quadrat. Ansa quomodo in nostro loco scribendum sit praebetur versu;

---

[7]) *οἰοῖ* etiam Herodiano probatum fuit ap. Ioan. Alex. *τον. παραγγ.* p. 36, 15.

sunt enim hexametri dactylici et ut etiam apud Homerum duriora synizeseos exempla inveniuntur ut in Il. 17, 89 ἀσβέστῳ. οὐδ' υἱὸν λάθεν Ἄτρεος ὀξὺ βοήσας quamquam post ἀσβέστῳ interpungitur, ita quoque nostro loco poetam αἶβοῖ αἶβοῖ scripsisse puto, quod αἶβ' αἶβοῖ pronuntiandum est, ut dudum Bentleius voluit.

Extra versum posita invenitur vox Pax 1291. Av. 610. 1341.

Ἀλαλαί.

Av. 953 νιφοβόλα πεδία πολύπορά τ' ἤλυθον ἀλαλαί. ibid. 1761 ἀλαλαλαὶ ἰὴ παιών. Lys. 1291 ἀλαλαὶ ἰὴ παιών.

Valde in omnibus his locis discrepant libri. Av. 953 codices habent ἀλαλάν, id quod correxit Bentleius, ibid. 1761 Rav. et Ven. et Voss. ἀλαλαλαί praebent, deteriores libri ἀλαλαί vel ἀλλαλαί. Quare cum etiam metrum melius procedat ἀλαλαλαὶ ἰὴ παιών hoc loco scribendum. Longiorem formam habet Suidas ἀλλαλαλαὶ ἰὴ παιήων: ἐπίρρημα χοροῦ. Cum in talibus epiphonematis quippe quae a choro orchestram relinquenti sub finem fabularum canebantur, metro paullo solutiore uteretur poeta, perdifficile est certi aliquid constituere: videmus tantummodo varias formas, uti in his voculis fieri debebat, usitatas fuisse, quas editores modo simpliciores modo duplicatas modo ter posuerunt. Ceterum ἀλαλαὶ fausta acclamatio est chori et fere idem valet quod vernaculo sermone dicimus „hurrah“.

Ἀππαπαῖ.

Variae exstant huius vocis formulae Vesp. 235 πάρεσθ' ὃ δὴ λοιπόν γ' ἔτ' ἐστὶν ἀππαπαῖ παπαιάξ. ibid. 308 ἀπαπαπαῖ φεῦ, ἀπαπαῖ φεῦ. Nec veteres nec recentiores interpretes de hac voce quidquam adnotarunt. Vesp. 235 chorus sodales ad fortiter procedendum admonet, sicut eo tempore, quo iuvenes ante Byzantium stipendia merebant. Longis annis pressi senes defessos esse sese sentiunt et cum recordentur illius aetatis iuvenilis ad pristinum furorem adhortari se student; cf.

v. 240 *ἀλλ' ἐγκονῶμεν ὦνδρες, ὡς ἔσται Λάχητι νυνί.* Sed puto etiam in alium modum hunc locum explicari posse. Senes ingravescentibus annis pressi cum dolore quodam sentiunt, viribus quibus autea florebant nunc destitutos esse. Hoc autem cantico cum poeta furorem sodalium iudicialium depingere vellet, illam alteram significationem ex qua *ἀππαπαῖ* luctum vel maerorem significet hic aptam non esse manifestum est, praesertim cum praeter *ἀππαπαῖ* etiam *Παπαιάξ* legatur, id quod omnino nihil maeroris vel luctus in se habet, ut docet locus in Lys. 924 ubi Myrrhine Cinesiam osculatur. *Παπαιάξ* igitur significat dulcedinem vel avidum desiderium; quae quidem significatio ab illo Vesparum loco non abest. Lucem praeterea adferunt verba Suidae, *ἀππαπαί: συγκαταθετικὸν ἐπίρρημα.* Approbantis igitur est. Ergo senes dicunt: eo tempore quo aute Byzantium eramus, tum hercle florebamus viribus et alacritate: sequenti *παπαιάξ* ut in Lysistrata vehemens desiderium exprimitur; senes illam pristinam aetatem redire cupiunt. Totus locus fortasse sic reddi nostro sermone potest: herbei, ihr, die ihr noch von jener jugendschaar übrig seid, als wir vor Byzanz lagen; ja wahrlich da war's schön.

Etiam Vesp. 308 *ἀππαπαῖ* approbantis est. Nam interrogantibus liberis unde prandium emant, si hodie iudicium non fiet et num pater spem habeat, *ἀπαπαῖ φεῦ* inquunt senes, per Iovem recte dicis, eheu quid patiemur si hoc fiet.

De accentu talium interiectionum circumflexo postea in acutum depravato constat ex Arcadio p. 183, 19.

Ἀτταταῖ.

Ach. 1190 *ἀτταταῖ ἀτταταῖ, στυγερὰ τάδε γε κρυερὰ πάθεα.* ibid. 1198 *ἀτταταῖ ἀτταταῖ τῶν τιτθίων.* Nub. 707 *ἀτταταῖ ἀτταταῖ. ΧΟ. τί πάσχεις.* Thesm. 223. ibid. 1005 *ἀτταταῖ ἰατταταῖ.* Ran. 57. ibid. 649 *ἰατταταῖ τί τ' ἀτταταῖ.*

Interiectio est graviter dolentis. Alter in Acharnensium fine locus v. 1198 eadem fere utitur condicione atque *αἰαῖ,* qua de re antea vidimus; id quod etiam scholiasta intellexit: *θρηνῶν παρατραγῳδεῖ. παρατηρητέον δὲ ὅτι ἀντιτίθησιν αὖθις* [ut supra v. 1083 et 1084] *ὁ μὲν τὰ ἐκ πολέμου δεινὰ ἅπερ*

ἔπαθεν, ὁ δὲ ἅπερ ἔχει ἐν εἰρήνῃ χαρμόσυνα. In versu Nubium senex Strepsiades in scamno sedens a cimicibus excruciatur, καταπονούμενος ὑπὸ τῶν κορέων στανάζει ὁ Στρεψιάδης. Etiam Thesm. 223 et Ran. 649 dolentis est. Restat versus in Ranis 57. Libri ἀτταταί et ἀππατάπ praebent, ἀππαπαῖ varia lectio scholiastae: ἀτταταῖ: γράφεται ἀππαπαί. διὰ τούτου συγκαταθεμένου τοῦ Διονύσου καὶ Ἡρακλῆς ἐπήνεγκε μὴ τοῦ Κλεισθένους, διὰ τὸ ἐπεβάτευον Κλεισθένει. ἄλλως. τὸ ἀππαπαῖ. In adnotatione ad priorem versum scholiasta dicit: τοῦ δὲ τοῦ Διονύσου εἴποντος τὸ ἀτταταῖ ὁ Ἡρακλῆς ὑποπτεύει ἀνδρὸς ἐρασθῆναι Κλεισθένους τὸν Διόνυσον. Omnes fere editores hic locus vexavit. Librorum scripturam ἀλλ᾽ ἀνδρός; ΔΙ. ἀτταταῖ. ΗΡ. ξυνεγένου Κλεισθένει recepit Dindorfius in novissima poetarum scenicorum editione. Ad Κλεισθένει vulgo legitur articulus τῷ quo efficitur senarius plane horridus. Aldus iam dudum illud τῷ eiecit, nam prorsus supervacaneum est minimeque eo defendi potest ut vult Fritzschius, quod v. 48 huius Clisthenis mentio est facta; Hercules illo versu responsionem Bacchi ἐπεβάτευον Κλεισθένει omnino non animadvertit sed iterum quaerit κἀναυμαχήσας; Praeterea decem versibus interiectis hi duo versus inter se distant. Huc accedit quod illud τῷ in libris deterioris admodum notae legitur; de Ravennatis et Veneti codicis scriptura hoc loco non satis constat, etiam schol. in explicatione abstinet articulo. Quare τῷ omittendum est. Iam quaeramus quomodo versus explicandus sit. Herculi interroganti num viri desiderio percussus sit, per ἀτταταῖ Bacchus respondet. Omnes editores intellexerunt hanc miserationem alienam esse cum a suavis delicatique dei moribus tum ab huius loci natura, qui nihil doloris in se habet. Quam ob rem complures editores ἀππαπαῖ vel ἀπαπαῖ scribendum esse censuerunt. Ineptit Kockius qui de hac interiectione adnotat: „mit diesem ausruf lehnt Dionysos die zumuthung des Heracles unwillig ab.“ Falsissimum hoc esse intellegitur cum ex significatione quam ἀππαπαῖ aliis locis habet, tum ex insequenti interrogatione Herculis. Quare certissimum est legendum esse ἀππαπαῖ, id quod etiam in explicationem scholiastae quadrat: διὰ τούτου συγκαταθεμένου, ut recte correxit Kusterus pro οὐ καταθε-

μένον, et in Suidae *ἀππαπαῖ: συγκαταθετικὸν ἐπίρρημα. εἰρηκότος γὰρ τοῦ Ἡρακλέους Ἀνδρὸς ἠράσθης; καὶ τοῦτο ἐπεφθέγξατο.* Illud *ἀππαπαῖ* autem non ut Fritzschius vult accipiendum puto „de dulci maerore suavique desiderio dei tam delicati" sed approbantis vel annuentis est Bacchi. Ceterum in hoc versu vox duplici *π* scribendum videtur propter metrum.

Accentus vocis *ἀτταταῖ* satis constat ex Herodiano I, p. 502, quem locum saepius iam exscripsimus; aliam scripturam *ἀττάταῖ* grammatici *τῇ συνηθείᾳ* tribuunt[8]).

Αὖ.

Vesp. 902. In causa illa canina canis reus a Xanthia adductus interrogante Philocleone *ποῦ δ' ἔσθ' ὁ διώκων ὁ Κυδαθηναιεὺς κυών* latrat *αὖ αὖ*. Vox igitur ficticia est ad imitationem latrantis canis. Puto autem hanc scripturam antiquam non esse, sed potius *βαῦ βαῦ*, quam ad rem maxime moveor Herodiani auctoritate qui dicit I, 425 *καὶ τὸ βαῦ κατὰ μίμησιν τοῦ κυνὸς ὀξύνεται „βαὺ βαὺ καὶ κυνὸς φωνὴν ἱείς". ἐξ οὗ καὶ τὸ βαύζω ῥῆμα.* Ex hoc grammatici loco facile erui posse puto has voculas per digamma pronuntiatas esse, quod signum cum obliteratum esset per *β* ut saepius fieri solebat exprimebatur.

Βαβαί et *βαβαιάξ*.

Ach. 806 *βαβαί· οἷον ῥοθιάζουσ'.* ibid. 64 *βαβαιὰξ ὦ 'κβάτανα, τοῦ σχήματος.* ibid. 1141 *νίφει βαβαιάξ.* Pax 248 *βαβαὶ βαβαιὰξ ὡς μέγαλα καὶ δριμέα τοῖσιν Μεγαρεῦσιν ἐνέβαλεν τὰ κλαύματα.* Av. 273 *βαβαὶ καλός γε καὶ φοινικιοῦς.* Lys. 312 *φεῦ τοῦ καπνοῦ, βαβαιάξ.* ibid. 1078 *βαβαί· νενεύρωται μὲν ἥδε συμφορὰ δεινῶς.* Ran. 63 *ἔτνους; βαβαιάξ.*

Admirationis vel stuporis interiectio est, quae in compluribus locis etiam in notionem paullulum diversam abiit, quae quidem in singulis locis pertractabimus.

---

[8]) cf. Herod. I, 503 (*περὶ μον. λεξ.* p. 27, 13).

[9]) cf. G. Curtius Grundz. d. griech. Etym. p. 533 edit. III.

Ach. 64 legati regis Persarum in scaenam prodeunt ingentem pompam speciemque insolitam prae se ferentes. Rusticus Dicaeopolis qui talia nondum vidit obstupefactus *βαβαιὰξ τοῦ σχήματος* exclamat; ibid. 806 porcellarum voracitatem admiratur. Eadem est condicio vocis in Pace v. 248. Av. 273. Lys. 1078. Simili notione *οἱ βαβαί* apud Alexid. 3, 477 viri bene nummati sunt, quos inopes rictu diducto intuentur. Lys. 312 cum stupore aliquid doloris coniunctum videtur ut indicat *φεῦ* appositum; schol. *ὑπὸ τοῦ καπνοῦ ἀδικούμενος τοῦτό φησι.* Praeterea verisimillimum mihi videtur in quibusdam locis interiectionem cum gestu quodam coniunctam pronuntiatam esse, ut Ach. 1141 *νίφει βαβαιάξ.* Lamachus algore confectus membra quatit. Ran. 63 *ἔτνους; βαβαιάξ,* Hercules edax cum primum de pulte mentio facta est, labris crepat.

De accentu haec adnotantur ab Herodiano[10]) I, 503 *τὰ εἰς $\overline{αι}$ δίφθογγον λήγοντα ἐπιρρήματα ἂν ἐπὶ τέλους ἔχωσι τὸν τόνον παρισπᾶται — πλὴν τοῦ βαβαί.*

Βομβάξ et *βομβαλοβομβάξ.*

Thesm. 45 *βομβάξ. ΕΥ. σίγα.* ibid. 48 *βομβαλοβομβάξ.* Schol. de his vocibus adnotat: *ἐπίρρημα ἐπὶ θαυμασμοῦ λαμβανόμενον.* Non ita multum stuporis inesse puto. Rectius Suidas de verbo *βομβάζειν* dicit: *φθέγμα ἐπὶ τῷ διασύρειν καὶ τωθάζειν λεγόμενον* et Etym. Mag. s. v. *βόμβος: ψόφος τις, ὠνοματοπεποίηται δὲ ἡ λέξις κατὰ μίμησιν τῆς γενονένης φονῆς, καὶ βομβολύξ.* Adverbia igitur sunt iocose ab Aristophane ficta quo Mnesilochus tumida inflataque servi verba interrumpit. Comicus his verbis dicere vult, non magis in his verbis sensum inesse, quam in verbis grandiloquentis servi, qui ut dominus suus Agatho plenus est inanibus verbis.

Βρῦν.

Nub. 1382 *εἰ μέν γε βρῦν εἴποις, ἐγὼ γνοὺς ἂν πιεῖν ἐπέσχον.* Secundum schol. infantium bibere poscentium est, *ἄσημος φωνὴ παιδίων ὁπόταν πιεῖν ζητῇ.*

---

[10]) cf. schol. ad Lycophr. 31.

Ἔα.

Nub. 1259 ἔα. τίς οὑτοσί ποτ' ἔσθ' ὁ θρηνῶν; Pax 60 ἔα ἔα. ΟΙ. σιγήσαθ'. Av. 327, ἔα ἔα προδεδόμεθ' ἀνόσιά τ' ἐπάθομεν. ibid. 1495 ἔα, τουτὶ τί ἦν; Thesm. 700 ἔα ἔα. ὦ πότνιαι Μοῖραι, τί τόδε δέρκομαι νεοχμὸν αὖ τέρας; ibid. 1009 ἔα· θεοί, Ζεῦ σῶτερ, εἰσὶν ἐλπίδες. ibid. 1105 ἔα· τίν' ὄχθον τόνδ' ὁρῶ; Plut. 824 ἔα, τίς ἔσθ' ὁ προσιὼν οὑτοσί;

Non difficile est intellegere quid sibi velit haec interiectio. Duplicem habet vim; ac primum quidem exclamatio est, qua utuntur qui ad res inexspectatas obstupescunt, item fere ut sermone vernaculo „hollah" dicimus. Haec est significatio vocis Nub. 1259. Av. 1495. Thesm. 700. 1009. 1105. Plut. 824. Ceterum animadvertendum vocem nostram in omnibus his locis cum interrogatione coniunctam esse, quippe quod ex hoc usu fiat necesse est. Nam si novitas rei nobis occurrit nempe quaerimus quid sit. ἔα interiectio ἐκπλήξεως est, id est hominis perterriti vel percussi et aliquid doloris in se habet. Haec est vis vocis in reliquis locis, Pac. 60 et Av. 327. De priore Pacis loco non recte iudicasse puto Richterum qui ita explicat: „haec Trygaeus ante quam hippocantharum conscendit. ἔα ἔα hic non solum interiectionem sed etiam imperativum esse dixerim: nempe ab ἐάω. ἔα idem est quod antea servus accuratius designavit [V. 59] μὴ 'κκόρει τὴν Ἑλλάδα." Ac primum quidem contra hoc dicendum Atticos in tali re non verbo 'εᾶν sed potius παύειν uti, e. g. Ran. 122 παῦε πνιγηρὰν λέγεις; deinde et animadvertendum Trygaeum, qui post scaenam est, non audire quae servus ad spectatores loquitur. Patet vis vocis si sequentem Trygaei orationem respicimus v. 62 ὦ Ζεῦ, τί δρασείεις ποθ' ἡμῶν τὸν λεών; Queritur Trygaeus quod Iuppiter tam diu Graeciam afflixit. Haec doloris significatio causa ut equidem puto fuit, cur ἔα saepe pro ἆ poneretur[11]), quoniam ἔα interdum una syllaba pronuntiabatur[12]).

---

[11]) cf. schol. ad Aesch. Prom. 114.
[12]) vid. Dindorf. ad Thesm. 117 in poett. scen. V. ed.

Εἶα.

Ach. 494 εἶά νυν, ἐπειδήπερ αὐτὸς αἱρεῖ, λέγε. Vesp. 480 εἶά νυν, ὦ ξυνδικασταί — ἐσπέτεσθ' ὠργισμένοι. Pax 459 sq. *EP.* ὦ εἶα. *XO.* εἶα μάλα. *EP.* ὦ εἶα, ὦ εἶα εἶα νῦν. *TP.* εἶα ὦ. eaedem formulae in eadem fabula 486 sq. et 516, ὦ εἶα νῦν, ὦ εἶα πᾶς, saepius repetitum. Thesm. 659 εἶα δὴ πρώτιστα μὲν χρὴ κοῦφον ἐξορμᾶν πόδα. ibid. 663 εἶά νυν ἴχνευε. Ran. 394 ἀλλ' εἶα νῦν — παρακαλεῖτε δεῦρο. Eccl. 496 ἀλλ' εἶα δεῦρ' ἐπὶ σκιᾶς ἐλθοῦσα. Plut. 292 ἀλλ' εἶα τέκεα ἐπαναβοῶντες — ἕπεσθ'. ibid. 316 ἀλλ' εἶα νῦν ἐπ' ἄλλ' εἶδος τρέπεσθ'.

Est igitur εἶα ἐπίρρημα παρακελεύσεως, adhortantis, incitantis, quapropter semper cum imperativo aut formulis quae eandem vim habent coniungitur. Omnium maxime ἀλλ' εἶα in exhortationis formulae usum transivit, cuius vis omnino idem valet ut ἀλλ' ἄγε. In variis illis Pacis locis praeterea aliam vim habet, eandem scilicet quam in navi cantus tibiae, quo κατακελευστής quem vocant remigum motus moderatur. Choreutae Pacis Deae simulacrum tollunt et Hermes ut certis temporis intervallis vires intendantur, temporis momenta per ὦ εἶα praescribit, quibus omnes funem capientes intentis viribus trahant. Choreutae autem ut maior fiat congruentia et aequitas has voculas postquam ab Herme audiverunt repetunt ut explicat schol. ad v. 459 τὸν Ἑρμῆν καὶ τοιαῦτα ἐξάρχειν θέλουσι. μιμεῖται δὲ τοὺς βαρβαριστὶ ἐξέλκοντας. δεῖ οὖν νοεῖν ὅτι ταῦτα ἀνὰ μέρος λέγεται, τὸ μὲν τοῦ Ἑρμοῦ κελεύοντος, τὸ δὲ τῶν ἑλκόντων ὑπακουόντων. Hodie quoque ut monet Dindorfius nautae Graeci in Graecia et Aegypto remigantes utuntur particulis εἶα μόλο[13]).

Plut. 316 Bentleius recte ut videtur pro ἄγ' εἶα quod etiam Ran. 394 legitur, ubi in antistropha est χωρεῖτε, ἀλλ' εἶα scripsit.

Quod ad originem vel etymologiam huius vocis attinet veteribus grammaticis non ita multum fidei habendum est, quippe qui in talibus rebus multa ineptiunt et vix credibilia, per-

---

[13]) ut narrat A. F. Didot in libro inscripto Notes d'un voyage vol. I, p. 181.

saepe etiam ridicula protulerunt. Ducunt enim *εἶα* vel ab *εἶ παρακελευστικῷ*[14]) vel a *ἔω*[15]) *κατὰ πλεονασμὸν τοῦ τ καὶ τῆς δασείας Ἀττικῶς προσελθούσης*[16]). Alii aliter. Omnes hae originationes non Herodiani sunt[17]) qui huiuscemodi vocabula pro nativis habuit et *περισπωμένως* scribi iussit.

Ἒ ἔ.

Vesp. 316 *ἒ ἒ παρὰ νῷν στενάζειν.*
Interiectio dolentis. Dindorfius has voculas mutavit in *ἐή*, quod in lexico Sophocleo sic defendit: „In libris tragicorum constanter *ἒ ἔ* vel *ἓ ἕ*, interdum etiam sine accentu *ἐε* vel *ἐέ* scribitur, quae et per se mira foret interiectio, cui nihil simile exstat et versibus pluribus convellitur, quorum metrum iambum postulat, nusquam pyrrhichium; hoc indicio tragicis [et Aristophani quoque Vesp. 316] ubique *ἐή* restitui, quo vel simplici vel duplicato usi sunt tragici.“ Fortasse, cum tantummodo in lyricis partibus fabularum vox exstat, relatu vel cantu histrionum quod metrum desiderabat suppletum est; idem etiam fieri potuit in *αἰαῖ* quod saepissime corripitur. Bentleius malebat *αἶ αἶ* [debebat *αἰαῖ*], quod cothurni magis esset quam socci; imitatus enim est Aristophanes in isto Vesparum loco versus Euripidis qui irridentur.

Ἐλελελεῦ.

Av. 365 *ἐλελελεῦ χώρει κάθες τὸ ῥύγχος.* Explicationem dat schol. *ἐπίφθεγμα πολεμικὸν τὸ ἐλελελεῦ καὶ γὰρ οἱ προσιόντες εἰς τὸν πόλεμον τὸ ἐλελελεῦ ἐφώνουν μετά τινος ἐμμέλους κινήσεως.* Quod vox apud Aristophanem quadrisyllaba est, alibi trisyllaba, fortasse metro debetur. De accentu docet Herodianus I, 504 *τὸ δὲ ἐλελεῦ περισπᾶται.*

---

[14]) ut Schol. Ven. ad Hom. Il. I, 46.
[15]) ut Choerobosc. 213, 14.
[16]) cf. schol, ad Il. I, 260. Choerobosc. Orth. 123.
[17]) II, 496 cum nota Lentzii.

Εὐοῖ εὐοῖ, εὐαὶ εὐαί.

Interiectiones vel exclamationes Bacchantium. Exstant Eccl. 1180 sq. Lys. 1294. Thesm. 993. De his epiphonematis dudum inter veteres grammaticos non satis constabat ut docent testimonia. Herod. I, 503 *καὶ καθόλου οὐ δεῖ σχετλιαστικὰ τῶν ἐπιρρημάτων οἱονεὶ βακχικὰ ὄντα ὑπὸ τὴν ἔντεχνον ἀκολουθίαν ἄγειν, εἴγε οὐδὲ μέρη λόγου τινὲς ταῦτα ἐνόμισαν· πασχούσης γὰρ ψυχῆς ἄλογοι δηλονότι. καὶ αἱ ἐκφωνήσεις αὐτῆς. διὸ ἐπ' αὐτῶν ἔσθ' ὅτε τὸ δασὺ πνεῦμα ἀλόγως ἐν τῇ ληγούσῃ συλλαβῇ ὁρᾶται, ὡς ἔχει τὸ εὐ οἵ. εὐ ἂν εὐ αἵ. τὸ γὰρ λέγειν ὅτι εὖ σοι ἦν καὶ κατὰ ἔλλειψιν τοῦ σ̄ γέγονε εὐ οἵ καὶ κατὰ συναφὴν εὐοῖ, ἀμφίβολον, εἰ μὴ ἄρα παρὰ τὸ εὐ οἵ εὔιος παρῆκται.* De interaspiratione in his aliisque vocibus videsis quae diligenter docteque disseruit Lehrsius de Ar. studd. hom. p. 323—330. Num illa epiphonemata revera ex acclamatione *εὖ οι* vel *εὖ σοι* [scil. Baccho] ducta sint iure dubitandum videtur, credibilius est ex cognomine *Εὔιος* quo Bacchus appellari solebat manasse.

Εὐρὰξ πατάξ.

Av. 1258 *οὐκ ἀποσοβήσεις, οὐ ταχέως; εὐρὰξ πατάξ.* Quid hae duae voces sibi velint ex scholiastae verbis non satis intellegi potest; dicit enim: *ἐπιρρήματά τινα ἀνέπλασεν εἰς τὸ κακέμφατον. ἔπλασεν ἐπίφθεγμα παρὰ τὸ εὐρέως σοι μιγήσομαι καὶ τὸ πατάξαι, ὅθεν καὶ χαμαιτύποι αἱ πόρναι.* Rectius explicat Theodosius in loco qui ex vetere longiore de interiectionibus commentatione manasse verisimile est: *εὐρὰξ πατὰξ ἐπιφθέγματά εἰσι τάχους*[18]). Nihil praeterea auxilii repeti potest ex Etym. Mag. 395, 15 *εὐρὰξ ἐκ πλαγίου — ἀντὶ τοῦ εἰς πλάγιον. παρὰ τὸ εὖρος, ὡς μόνος μοῦνος καὶ μουνάξ, ἢ παρὰ τὸ πλευρὸν πλευράξ, καὶ ἀφαιρέσει εὐράξ.* Voces sine dubio a Comico onomatopoetice ficta ad depingendum celerem quendam motum, sicut vernaculo sermone nuncupamus „husch husch".

---

18) Gramm. 79, 9 ed. Goettling.

Ἦ ἤ.

Nub. 105 ἤ ἤ σιώπα· μηδὲν εἴπῃς νήπιον. Dindorfius coniunctim scribi vult ἠή. Schol. interpretatur: συγκατατίθεται καὶ ὁ πρεσβύτης ὡς εἰδότος αὐτοὺς τοῦ νεανίσκου καὶ ἀληθῆ περὶ αὐτῶν εἰρηκότος; idem fere Suidas. Hoc falsum esse huius loci sensus declarat. Ex scholiastae sententia Strepsiades ea quae Phidippides de Socrate et sophistis iudicat comprobaret. Ita vero si res se habet nemo intellegit cur nihilominus filium moveat ut disciplinae sophistarum se tradat a quibus auxilium exspectat; et quid deinde σιώπα sibi vult? Itaque de hac voce potius iudicandum, esse μεμπτικόν, reprimentis; filium tacere pater iubet. Fortasse falsa illa explicatio eo orta est, quod vox confundebatur cum ἦ μήν.

Θρέττε.

Equ. 17 ἀλλ' οὐκ ἔνι μοι τὸ θρέττε. Vox obscura. Schol. explicat ἀντὶ τοῦ τὸ θαρραλέον. θρέττε δὲ βαρβαριστὶ ἀντὶ τοῦ θαρρεῖν παρὰ τὸ θρασὺ καὶ ἀνδρεῖον. ἀντὶ τοῦ οὐ θαρρῶ, φησίν, εἰπεῖν τὸ τυχόν. Puto scholiastam si vera est scriptura hanc interpretationem ex hoc ipso loco uti saepe fieri solet sumsisse. Ex hoc scholio sine dubio fluxerunt quae exstant apud Hesychium: θρέττε [cod. θρέται] τὸ ἀνδρεῖον ἢ θρασύ, ἔστι δὲ ἀμετάφραστον. Secundum Brunckium [19]) hac voce utebantur vulgo agasones iique qui iumenta sarcinaria et plaustra ducebant.

Ἰαί.

Lys. 1243 αἴρεσθ' ἄνω ἰαί, ὡς ἐπὶ νίκῃ ἰαί et Eccl. 1179 αἴρεσθ' ἄνω ἰαὶ εὐαί. Interiectio laetantis est, sine dubio inter acclamationes illas Bacchantium de quibus supra dixi referenda. Praeterea memorat Hesychius ex Sophocle [20]) s. v. Ἴαννα barbaram interiectionem dolentis esse; quod quidem in dubio relinquendum videtur. Ceterum probabilior ut puto metri forma evadit

[19]) ad h. l.
[20]) frag. 54.

si Lys. 1243 sq. scribimus comparato Ecclesiazusarum loco *αἵρεσθ' ἄνω ἰαὶ εὐαί / εὐαὶ ὡς ἐπὶ νίκῃ.* Ita quoque varietas sonorum bellissima exsistit.

Ἰατταταῖ et ἰατταταιάξ.

Equ. 1. *ἰατταταιὰξ τῶν κακῶν ἰατταταῖ.* Thesm. 223 *ἀτταταῖ ἰατταταῖ,* sic correctum a Bentleio pro *ἄττατα ἀττάται* Ravennatis. Thesm. 945 *ἰατταταιάξ. ὦ κροκῶθ' οἷ' εἰργάσει.* Ran. 649 *οὔκουν ἀνύσεις; ἰατταταῖ.* Interiectio flentis et lamentantis est, producta ex more sermonis plebei ut ait Dindorfius ex *ἀτταταταῖ;* ut *βαβαιάξ* ex *βαβαί, παππαιάξ* ex *παππαῖ.* Socci et sermonis plebei magis tales voces esse quam cothurni ex eo elucet quod Euripides in Cyclope usus est *παπαιάξ,* non dicturus in tragoedia.

Ἰαῦ.

Ran. 272 *ποῦ Ξανθίας; ΞΑ. ἰαῦ.* Clamanti domino ubi sit servus, ille respondet. Secundum Suidam *ἰαῦ* est *σχετλιαστικὸν ἐπίρρημα,* hoc est interiectio indignantis. Sed haec significatio scaenae in qua vox legitur minime convenit. Xanthias igitur metu percitus esset vel indignabundus, quod solus lacum infernum circumcurrere debuit. Sed hoc ne uno quidem verbo indicatur. Rectius videtur scholiastam sequi qui explicat *μίμημά ἐστι συριγμοῦ.* Sibilat igitur servus vel sibilo hero indicat ubi sit; nam in orco apud lacum infernum ut Xanthias ipse ait *σκότος* est; quare cum oculis alter alterum videre nequeat, alio signo nempe quod auribus percipitur utuntur.

Ἰαυοῖ.

Ran. 1029 *ὁ χορὸς δ' εὐθὺς τὼ χεῖρ' ὡδὶ συγκρούσας εἶπεν ἰαυοῖ.*

Locus desperatissimus qui editores multifariam vexavit et causa fuit incredibilium paene coniecturarum. Difficultates quibus laborat locus dudum perspexit scholiasta: *ἐν τοῖς φερομένοις Αἰσχύλου Πέρσαις οὔτε Δαρείου θάνατος ἀπαγγέλλεται*

οὔτε χορὸς τὰς χεῖρας συγκρούσας λέγει ἰαυοῖ, ἀλλὰ τὰ μὲν πράγματα ὑποκεῖται ἐν Σούσοις καὶ περίφοβός ἐστιν ἡ μήτηρ Ξέρξου ἐξ ὀνείρου τινός· χορὸς δὲ Περσῶν γερόντων διαλεγόμενος πρὸς αὐτήν, εἶτα ἄγγελος ἀπαγγέλλων τὴν περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίαν καὶ τὴν Ξέρξου φυγήν. Perdifficile est, de hoc loco et interiectione certi quidquam statuere; neque enim ad rem meam hoc spectat; nam puto hanc interiectionem omnino Aristophanis non esse, sed ex alio poeta desumtam et per librarios deformatam. Quare hanc quaestionem de *ἰαυοῖ* apud Aeschylum et de Persis bis tractatis, de qua re inde a Welckero usque ad nostram aetatem incredibiles et paene innumerabiles prolatae sunt coniecturae, missam facimus.

Ἰή.

Ach. 1206 *ἰὴ ἰὴ χαῖρε Λαμαχίππιον.* Vesp. 1335 *ἰὴ ἰεῦ* [sic codices] *καλούμενοι.* Pax 195 *ἴθι νυν κάλεσόν μοι τὸν Δί'. ΕΡ. ἰὴ ἰὴ ἰή.* ibid. 453 *ἰὴ παιὼν ἰή.* ibid. 454. 455. Av. 1761. Lys. 1290 *ἀλαλαί ἰὴ παιών.* Thesm. 311 *ἰὴ παιὼν* bis repetitum. Ran. 1265. 1267. 1271. 1275. 1277 *ἰὴ κόπον.*

Ex his locis ei eximendi videntur, in quibus *ἰή* cum *παιήων* vel *παίων* legitur, quae formula modo in luctu modo etiam in faustis acclamationibus dicta est. Apud Aristophanem modo fausta acclamatio est.

Paullo difficilior res est de solo *ἰή.* Varia praecepta constituerunt de hac voce veteres grammatici. Sunt qui[21]) tradunt, vocem *ψιλοῦσθαι* si in hymnum non assumitur, in hymno autem assumtam *δασύνεσθαι* volunt: *τινὲς ἀξιοῦσι τὸ ἰὴ ψιλοῦν ὅταν μὴ ᾖ ἐν ὕμνῳ· ἐκεῖ γὰρ δασύνεσθαι.* Causa huius praecepti est quod *παρὰ τὸ ἱέναι* ductum arbitrantur; ad hoc alludere videtur Callimachus[22]): *ἰὴ ἰὴ παιῆον, ἵει βέλος.* Ceterum quantum video nemo hanc regulam secutus est. Grammaticorum opiniones paucis verbis amplexus est Hesychius s. v. *ἰήιος: δασέως μὲν ὁ Ἀπόλλων ἀπὸ τῆς ἀφέσεως καὶ τῆς τοξείας, ψιλῶς δὲ ἀπὸ τῆς ἰάσεως· ἰατρὸς γὰρ ὁ θεός*[23]),

---

[21]) schol. ad Ran. 1275 et Suidas.
[22]) hym. in Apoll. v. 100.
[23]) similiter Etym, M. 469, 50.

ἀλλὰ καὶ θρῆνον σημαίνει ὡς Σοφοκλῆς Τρωΐλῳ [24]). Sed utut haec res se habet, id concedendum erit, apud Aristophanem *ἰή* quod est in formula *ἰὴ παιών* diversum esse ab *ἰή* sine hoc ephymnio posito, id quod vel ex singulorum locorum sensu apparet vel ex eo, quod cum aliis voculis ut *ἰεῦ* coniungitur. Dudum hoc schol. ad Vesp. 1335 hoc perspexit: *Χλευαστικὸν ἐπίρρημα τοῦτο, καταφρονεῖ λοιπὸν καὶ τῶν δικαστῶν ῥημάτων, τὸ γὰρ καλούμενοι ἀπορρίπτει.* Itaque quid de singulis Aristophanis locis statuendum sit videamus.

Ach. 1206 Dicaeopolis Lamachum, qui in lectulo adfertur cum fausta acclamatione *ἰή* excipitur, sed non sine irrisione quadam. — Vesp. 1335 sensus patet. Accusatores Philocleonem petulantem in iudicium vocare volunt, *ἕξομέν σε προσκαλούμενοι.* Iam senex rerum forensium contemtor vel verba iudicialia irridet, *ἰὴ ἰεῦ καλούμενοι* dicens. *Χλευαστικόν* igitur vox est; senex verba accusatorum cum illusione repetit, sicuti nostrates dicunt „lirum larum.“ Dindorfius *ἰὴ ἰή* scribere mavult, fortasse recte, quod de voce *ἰεῦ* nihil amplius notum est. Contra Bergkius sine causa *ἰεῦ ἰεῦ* scribit.

Pac. 195 *ἰή* est *πρόσφθεγμα καταφρονοῦντος* ut ait schol. vel potius *καταγελῶντος* ut Vesp. 1335. Hermes Trygaeum Iovem quaesitantem cum illusione refutat. Sed illud *ἰή* hoc loco triplicatum suspectum omnibus editoribus fuit, quod nusquam ter repetitum *ἰή* invenitur, semper duplicatum. Hanc difficultatem dissolvere possumus, si levi mutatione scribimus *ἴθι νυν κάλεσόν μοι τὸν Δία. ΕΡ. τὸν Δί', ἰὴ ἰή.* Vocem propter quam aliquis irridetur repeti necesse esse docet locus Vesparum, ubi senex *καλούμενοι* repetit. Nostro loco *τὸν Δία* verba sunt, propter quae Hermes Trygaeum deridet, itaque etiam hic deesse non debent.

Ran. 1264 sq. *ἰὴ κόπον* ad nostram disputationem non spectat, nam uno verbo scribendum est *ἰήκοπον* ut dudum statuerunt Lobeckius [25]) et Fritzschius [26]).

---

[24]) Alia de hac voce Athen. p. 707 D et p. 363 B.
[25]) ad Ai. v. 324. p. 188 et 189.
[26]) in comment. ad h. l.

Ἰού.

Equ. 451 ἰοὺ ἰοὺ τύπτουσί μ' οἱ ξυνωμόται. ibid. 1096. Nub. 1. ibid. 543 οὐδ' ἰοὺ ἰοὺ βοᾷ. ibid. 1320. 1493. Vesp. 930. Pax 110 ter repetitum. ibid. 1190. Av. 295. 305. 889. 1170 per senarium sexies repetitum. ibid. 1510. Lys. 66. 295. 305. 829. Thesm. 245. Ran. 652. Plut. 276. 478. 852.

Dolentis vel metuentis interiectio est. Suidas: Χλευαστικὸν ἐπίρρημα ἀντὶ τοῦ οἴμοι. Av. 1510 Equ. 1096 Lys. 66 hanc doloris significationem non praebent, sed potius laetitiae et gaudii: quare in his tribus locis ἰοῦ scribendum est, de qua voce mox videbimus. Cum ex locis allatis perspicuum sit ἰού semper duplicari, nusquam triplicari apud Aristophanem, manifestum est in Pace 110 ἰοὺ ἰοὺ ἰού non recte legi et Rav. quoque bis ἰού praebet. Versus οὐκ ἔστι παρὰ ταῦτ' ἄλλα bis apud Aristophanem legitur, Nub 698 et Vesp. 1166, quare dubitatio subesse non potest, quin scribendum sit in Pace 110 οὐκ ἔστι παρὰ ταῦτ' ἄλλα. ΟΙ. κακοδαίμων ἐγώ; ἰοὺ ἰού extra versum posito.

Hoc ἰού doloris diversum esse volunt grammatici ab ἰοῦ cum circumflexo scriptum, quo gaudium exprimitur. Schol. ad Nub. 1170: τὸ ἰοῦ ἰοῦ ὑπὸ χαρᾶς περισπᾶται, Herodian. I, 474 εἴπομεν γὰρ ὅτι ἡ διὰ τοῦ ῡ διφθόγγου ἀπέστραπται τὴν ὀξεῖαν τάσιν χωρὶς τῆς οὐ ἀποφράσεως καὶ τοῦ ἰδοὺ δεικτικοῦ καὶ τοῦ ἰοὺ σχετλιαστικοῦ. [27])

Interiectio gaudentis vel laelantis vox est: Pax 317. 345. Av. 193. 819, quibus locis adnumerandi sunt quos antea seclusi: Equ. 1096 Av. 1510 Lys. 66. Alteram prioris ἰοῦ syllabam Aristophanes corripuit in metro trochaico Pax 345 ἰοῦ ἰοῦ κεκραγέναι.

Ἰππαπαῖ.

Equ. 602 εἶτα τὰς κώπας λαβόντες ὥσπερ ἡμεῖς οἱ βροτοὶ ἐμβαλόντες ἀνεβρύαξαν, ἱππαπαῖ, τίς ἐμβαλεῖ; Schol. explicat: τὸ δὲ ἱππαπαῖ ἔπαιξε παρὰ τὸ ῥυππαπαῖ εἰρηκὼς ὡς ἐπὶ ἵππων. ἔστι δὲ ῥυππαπαῖ ἐπιφώνημα ναυτικὸν

---

[27]) cf. Ioan. Alex. 13, 13 et 23, 13. Choerob. ep. in Psalm. 10, 12.

ἢ ψόφου ἐστι μίμημα ἀπὸ τῶν κωπῶν ἀποτελουμένων. Est igitur ἱππαπαῖ vox ab Aristophane per iocum ficta ad exemplum τοῦ ῥυππαπαῖ, et ut hoc est ἐπιφώνημα remigum, ita illud ἐπὶ ἵππων. Comicus hoc loco equos ipsos remigasse dicit et epiphonema eis tribuit ab ipsorum nomine fictum. Sed quaeri potest num paulo aliter res explicari possit. Ῥυππαπαῖ enim articulo τὸ praefixo totam remigum vel navalium sociorum multitudinem significat ut Vesp. 909 δεινότατα γὰρ ἔγρων δέδρακε κἀμὲ καὶ τὸ ῥυππαπαῖ. Ad exemplum huius loci ἱππαπαῖ usurpatum malim, ut remigum qui hoc loco equi sunt multitudinem significet; quod si statuimus ἱππαπαῖ pro vocativo habendum est.

De accentu secundum ea quae s. v. ἀτταταῖ aliis dicta sunt dubitari nequit; acutus quem libri praebent mutandus est in circumflexum.

Ἰώ.

Ach. 566 et 568 ἰὼ Λάμαχ'. ibid. 1071 ἰὼ πόνοι τε καὶ μάχαι καὶ Λάμαχοι. ibid. 1080 ἰὼ στράτευμα. ibid. 1205 ἰὼ ἰὼ τραυμάτων ἐπωδύνων. ibid. 1212 ἰὼ ἰὼ παιάν, παιάν. Nub. 1155 ἰὼ κλάετ' ὠβολοστάται. ibid. 1169 ἰὼ ἰὼ τέκνον. ibid. 1259 ἰὼ μοί μοι, idem Vesp. 749. ibid. 1292 ἰὼ χελῶναι. Pax 236 ἰὼ βροτοί. ibid. 242 ἰὼ Πρασιαί. Sine dubio etiam v. 246 in eadem fabula legendum ἰὼ Μέγαρα[28]). ibid. 250 ἰὼ Σικελία. Av. 225. 343 ἰὼ ἰὼ ἔπαγε. ibid. 406 ἰὼ ἔποψ, σέ τοι καλῶ. Lys. 716 ἰὼ Ζεῦ. Thesm. 1047 ἰὼ μοῖρας. Eccl. 1163 sine dubio cum Meinekio ἰὼ ἰὼ ὥρα δή scribendum pro ὢ ὤ. Ran. 1341 ἰὼ πότνια δαῖμον. ibid. 1342 ἰὼ ξύνοικοι. frag. Holcad. 354 ἰὼ Λακεδαῖμον. Semper in versu positum est praeter Lys. 716. Nub. 1259. Vesp. 749.

Ἰώ est vox clamantis, qui aliquem vocat, ut Ach. 566 et 568. 1071. 1080. Nub. 1169. Vesp. 1292. Pax 236. 242. 250. Av. 343. 406. Lys. 716. Ran. 1341. 1342. fr. 354. Par igitur est simplici ὦ. Acclamatio est in Apollinem in formula

---

[28]) cf. Markland. ad Eur. Suppl. 901. Hermann. elem. d. m. p. 137. Reisig. coni. p. 13. Hanov. Exercitt. cr. p. 97. Kidd ad Dawes. misc. cr. p. 465.

ἰὼ παιάν. Praeterea autem dolentis est: Ach. 1205. Nub. 1155. 1259. Vesp. 749 ubi cum dativo coniunctum par est *οἴμοι,* et Thesm. 1047.

Schol. codicis Harleiani Dobraei *ἰῶ* laetantis et *ἰώ* lugentis accentu diversum fuisse contendit[29]): *τὸ ἰῶ καὶ τὸ ἰοῦ ἐπὶ χαρᾶς περισπᾶται;* id quod non improbabile est; cum autem apud nullum alium grammaticum de hac re quidquam inveniamus, diiudicare de hac re non possumus.

Μύ.

Sexies repetitum Equ. 10 per senarium, duplex Thesm. 231 *μὺ μύ.* Schol. ad Equ. 10 *ὁμοφωνοῦσι ἀμφότεροι μύζοντες. τοῦτο δὲ ὡς θρηνητικόν. ἔστι δὲ ἴαμβος, ἔχων τὸ μὲν πρῶτον βραχύ, τὸ δὲ δεύτερον μακρόν.* Thesmophoriazusarum locus aperte indicat qua utatur vox condicione. Ibi enim Euripides Mnesilochi barbam tondet, quare hic loqui nihil potest praeter *μύ;* nam etiam muti nihil praeter hunc sonum edere possunt. Inde perspicuum est, vocem in eam significationem abisse, ex qua est *θρηνητικόν;* nam homines qui metu, angore, dolore, alio animi affectu obmutescunt, nihil nisi *μύ* loqui possunt. Denique non improbabile est, voculas *μὺ μύ* semper uno verbo scriptas esse, ut et locus in quo est apud Suidam in literarum ordine vox disposita et schol. ad Equ. 10 indicat, qui dicit *ἔστι δὲ ἴαμβος.* Itaque *μυμῦ* scribendum. Accentus secundum Herodian. I, 492.

Οἴμοι.

In vulgari sermone haec vox frequentior fuisse videtur quam apud tragicos, apud quos perrara est; contrarium observari licet in voce *ὤμοι.* Frequentissimum est *οἴμοι* apud Aristophanem ad significandum maerorem, luctum, stuporem, alios huius generis animi affectus; cum variis vocibus, plurimum autem cum nominativo, genetivo, vocativo nominum coniunctum est. Compositum est sine dubio ex simplici interiectione *οἴ*

---

29) ad Nub. 1170.

ἢ ψόφου ἐστὶ μίμημα ἀπὸ τῶν κωπῶν ἀποτελουμένων. Est igitur *ἱππαπαῖ* vox ab Aristophane per iocum ficta ad exemplum *τοῦ ῥυππαπαῖ*, et ut hoc est *ἐπιφώνημα* remigum, ita illud *ἐπὶ ἵππων.* Comicus hoc loco equos ipsos remigasse dicit et epiphonema eis tribuit ab ipsorum nomine fictum. Sed quaeri potest num paulo aliter res explicari possit. *Ῥυππαπαῖ* enim articulo *τὸ* praefixo totam remigum vel navalium sociorum multitudinem significat ut Vesp. 909 *δεινότατα γὰρ ἔργων δέδρακε κἀμὲ καὶ τὸ ῥυππαπαῖ.* Ad exemplum huius loci *ἱππαπαῖ* usurpatum malim, ut remigum qui hoc loco equi sunt multitudinem significet; quod si statuimus *ἱππαπαῖ* pro vocativo habendum est.

De accentu secundum ea quae s. v. *ἀτταταῖ* aliis dicta sunt dubitari nequit; acutus quem libri praebent mutandus est in circumflexum.

Ἰώ.

Ach. 566 et 568 *ἰὼ Λάμαχ'.* ibid. 1071 *ἰὼ πόνοι τε καὶ μάχαι καὶ Λάμαχοι.* ibid. 1080 *ἰὼ στράτευμα.* ibid. 1205 *ἰὼ ἰὼ τραυμάτων ἐπωδύνων.* ibid. 1212 *ἰὼ ἰὼ παιάν, παιάν.* Nub. 1155 *ἰὼ κλάετ' ὀβολοστάται.* ibid. 1169 *ἰὼ ἰὼ τέκνον.* ibid. 1259 *ἰὼ μοί μοι,* idem Vesp. 749. ibid. 1292 *ἰὼ χελῶναι.* Pax 236 *ἰὼ βροτοί.* ibid. 242 *ἰὼ Πρασιαί.* Sine dubio etiam v. 246 in eadem fabula legendum *ἰὼ Μέγαρα*[28]. ibid. 250 *ἰὼ Σικελία.* Av. 225. 343 *ἰὼ ἰὼ ἔπαγε.* ibid. 406 *ἰὼ ἔποψ, σέ τοι καλῶ.* Lys. 716 *ἰὼ Ζεῦ.* Thesm. 1047 *ἰὼ μοίρας.* Eccl. 1163 sine dubio cum Meinekio *ἰὼ ἰὼ ὥρα δή* scribendum pro *ὢ ὤ.* Ran. 1341 *ἰὼ πότνια δαῖμον.* ibid. 1342 *ἰὼ ξύνοικοι.* frag. Holcad. 354 *ἰὼ Λακεδαῖμον.* Semper in versu positum est praeter Lys. 716. Nub. 1259. Vesp. 749.

Ἰώ est vox clamantis, qui aliquem vocat, ut Ach. 566 et 568. 1071. 1080. Nub. 1169. Vesp. 1292. Pax 236. 242. 250. Av. 343. 406. Lys. 716. Ran. 1341. 1342. fr. 354. Par igitur est simplici *ὦ.* Acclamatio est in Apollinem in formula

---

[28]) cf. Markland. ad Eur. Suppl. 901. Hermann. elem. d. m. p. 137. Reisig. coni. p. 13. Hanov. Exercitt. cr. p. 97. Kidd ad Dawes. misc. cr. p. 465.

ἰὼ παιάν. Praeterea autem dolentis est: Ach. 1205. Nub. 1155. 1259. Vesp. 749 ubi cum dativo coniunctum par est οἴμοι, et Thesm. 1047.

Schol. codicis Harleiani Dobraei ἰώ laetantis et ἰώ lugentis accentu diversum fuisse contendit[29]): τὸ ἰῶ καὶ τὸ ἰοῦ ἐπὶ χαρᾶς περισπᾶται; id quod non improbabile est; cum autem apud nullum alium grammaticum de hac re quidquam inveniamus, diiudicare de hac re non possumus.

Μύ.

Sexies repetitum Equ. 10 per senarium, duplex Thesm. 231 μὺ μύ. Schol. ad Equ. 10 ὁμοφωνοῦσι ἀμφότεροι μύζοντες. τοῦτο δὲ ὡς θρηνητικόν. ἔστι δὲ ἴαμβος, ἔχων τὸ μὲν πρῶτον βραχύ, τὸ δὲ δεύτερον μακρόν. Thesmophoriazusarum locus aperte indicat qua utatur vox condicione. Ibi enim Euripides Mnesilochi barbam tondet, quare hic loqui nihil potest praeter μύ; nam etiam muti nihil praeter hunc sonum edere possunt. Inde perspicuum est, vocem in eam significationem abisse, ex qua est θρηνητικόν; nam homines qui metu, angore, dolore, alio animi affectu obmutescunt, nihil nisi μύ loqui possunt. Denique non improbabile est, voculas μὺ μύ semper uno verbo scriptas esse, ut et locus in quo est apud Suidam in literarum ordine vox disposita et schol. ad Equ. 10 indicat, qui dicit ἔστι δὲ ἴαμβος. Itaque μυμῦ scribendum. Accentus secundum Herodian. I, 492.

Οἴμοι.

In vulgari sermone haec vox frequentior fuisse videtur quam apud tragicos, apud quos perrara est; contrarium observari licet in voce ὤμοι. Frequentissimum est οἴμοι apud Aristophanem ad significandum maerorem, luctum, stuporem, alios huius generis animi affectus; cum variis vocibus, plurimum autem cum nominativo, genetivo, vocativo nominum coniunctum est. Compositum est sine dubio ex simplici interiectione οἴ

---

[29]) ad Nub. 1170.

quae apud Aristophanem non legitur et dativo *μοί*, quod ut *ὤμοι* una vocula est, sicut multis disputat Apollon. de adverb. p. 536, 28. Loci quibus *οἴμοι* exstat apud Aristophanem sunt hi: Ach. 67. 105. 163. 174. 209. 590. 1018. 1036. 1081. 1117. Equ. 97. 182. 234. 340. 464. 752. 858. 887. 998. 1193. 1200. 1206. 1218. 1258. Nub. 23. 57. 257. 504. 742. 789. 791. 844. 1238. 1323. 1462. 1474. 1497. 1504. Vesp. 24. 40. 137. 165. 202. 207. 696. 713. 849. 995. 1150. 1417. 1449. Pax 79. 173. 233. 256. 280. 425. 1210. 1245. 1255. Av. 62. 145. 307. 990. 1019. 1051. 1260. 1464. 1466. 1494. 1501. 1646. Lys. 382. 449. 462. 845. 945. Thesm. 232. 237. 241. 625. 754. 780. 920. 1004. 1185. 1212. 1215. Ran. 37. 196. 307. 309. 657. 926. 1214. Eccl. 323. 391. 1021. 1051. 1093. Plut. 169. 389. 850. 880. 899. 930. 934. 935. 1125. 1126. 1128. 1132. fr. 80. 274. 308. Ach. 919 Elmsleius recte *οἴμοι* pro *οἶμαι* emendavit.

Inter omnes hos locos unus maximam offensionem mihi movet, qui est in Pace v. 257, ubi editores praeeunte Dindorfio ut versum expleant *οἴμοι μοῖ* scripserunt; Rav. enim et Ven. hoc loco *οἴμοι* praebent, *οἴμοι μοι* reliqui deteriores. Sed talis formula ubi *μοί* duplex invenitur nusquam exstat minimque in textum recipi debebat. Totus locus est hic: *ΚΥΔ. τί με καλεῖς; ΠΟ. κλαύσει μακρά. ἕστηκας ἀργός; οὑτοσί σοι κόνδυλος. ΚΥΔ. ὡς δριμύς. οἰμοιμοῖ τάλας.* Sic Dindorfius verba constituit qui praeterea auctore Hermanno verba *ὡς δριμύς* Trygaeo dedit; Rav. et Ven. ut dixi *οἴμοι* habent. Schol. adnotat: *οὑτοσί σοι κόνδυλος. παρεπιγραφή: ἅμα γὰρ τῷ εἰπεῖν δίδωσιν αὐτῷ τὸν κόνδυλον.* Quaestio in his verbis maxime est de voce *παρεπιγραφή*, quae saepius in scholiis Aristophaneis occurrit. Quid sibi velit *παρεπιγραφή* vel ad quasnam res significandas grammatici ea utantur in excursu huic dissertationi afffixo in vestigare studui. Secundum ea quae illic, invenisse mihi videor, hoc loco verba scholii, quae *παρεπιγραφή* sunt, adscripta esse puto ad histrionum gestus vel in universum ad ea quae in scaena fiunt explicanda. In scholio igitur et in textu poetae legitur *οὑτοσί σοι κόνδυλος.* Ac primum quidem quisque videt, prorsus ineptum esse, verba poetae *οὑτοσί σοι κόνδυλος* etiam longius fusiusque explicari: *οὑτοσὶ γὰρ κόνδυλος. ἅμα γὰρ τῷ εἰπεῖν δίδωσιν αὐτῷ τὸν*

κόνδυλον. Talia quae ut ita dicam quasi ad hominem demonstrantur explicationem non postulant. Accedit vitiosa illa formula *οἰμοιμοῖ.* Itaque ut paucis sententiam meam de hoc loco dicam, puto verba *οὑτοσί σοι* [alii codices et editiones inter quas Aldina, id quod magis me firmat, *γὰρ* pro *σοι* exhibent] *κόνδυλος* ex margine, ubi loco *παρεπιγραφῆς* adscripta erant, in textum Aristophanis venisse et ut versus expleretur *μοι* ad *οἴμοι* et *ὦ δέσποτα* additum esse. Quare non dubito quin ab Aristophane scriptum fuerit

Παῖ παῖ Κυδοιμέ. ΚΥΔ. τί με καλεῖς; ΠΟ. κλαύσει μακρά.
ἕστηκας ἀργός; ΚΥΔ. ὡς δριμύς· οἴμοι ταλας.

Si schol. dicit *παρεπιγραφή. ἅμα γὰρ τῷ εἰπεῖν δίδωσιν αὐτῷ κόνδυλον,* haec verba sine dubio ad Polemi orationem *κλαύσει μακρά* vel potius ad *ἕστηκας ἀργός* pertinent, quae quidem explicationem poscebant. Vestigium ita rem se habere et ita ab Aristophane scriptum esse, ex mea quidem sententia relinquitur in scholio codicis Ravennatis ad verba *ὡς δριμύς;* adnotatur enim *ἀντὶ τοῦ δριμύ,* quod quid sibi velit intellegi non possit, si certum substantivum antecesserit. Serius vidi iam Cobetum[30]) hunc versum ita scribere voluisse: *ὡς δριμύς ἐστ᾽· οἴμοι τάλας ὦ δέσποτα,* causis vero, quibus motus fuerit non indicatis; sed haud dubie illud *οἴμοι μοι* virum doctissimum offendit.

Παπαῖ et *παπαιάξ.*

Ach. 1214 *λάβεσθε τοῦ σκέλους, παπαῖ.* Lys. 215 *παπαῖ, ὑπολύεταί μου τὰ γούνατ᾽.* ibid. 924 *δός μοί νυν κύσαι. ΜΥ. ἰδού. ΚΙ. παπαιάξ.* Plut. 220 *παπαῖ πονηρούς γ᾽ εἶπας ἡμῖν ξυμμάχους.*

Interiectio dolentis vel mirantis est, latine papae, quo Terentius et Plautus saepissime utuntur. Per —*αξ* affixum vox quae apud tragicos saepissime legitur naturam comoediae magis adpetit et puto saepissime talia verba in usu fuisse, quippe quae spectatores sine —*αξ* affixo in serio cothurni sermone audire soliti erant, scilicet ad maiorem comicam vim efficien-

---

[30]) in Mnemos. II, p. 99.

dam; ut etiam est in Lys. 924 ubi Myrrhine Cinesiam osculatur[31]).

Praeterea producta forma exstat Thesm. 1191 *φίλησον αὐτόν. ΤΟΞ. ὂ ὂ ὄ παπαπαπαί.* Verba sunt Scythae, qui graeca verba corrupte pronuntiat. Condicio similis est ac Lys. 215. Dindorfius hanc codicum scripturam mutavit in *ὢὼ παππαπαῖ.* Sed hoc grave *ὢ σχετλιαστικόν*, praeterea duplicatum tali condicioni minime convenit; immo, pedes soluti bellissime depingunt Scythae desiderio inflammati agilitatem.

Παπάξ et παπαπαππάξ.

Nub. 390 sq. *ἀτρέμας πρῶτον παπὰξ παπάξ, κἄπειτ' ἐπάγει παπαπαππάξ.* Non tam interiectio seu epiphonema est quam comica imitatio crepitantis alvi.

Ῥυππαπαῖ.

Vesp. 908 *δεινότατα γὰρ ἔργων δέδρακε κἀμὲ καὶ τὸ ῥυππαπαῖ.* Ran. 1074 *ἡνίκ' ἐγὼ 'ζων, οὐκ ἠπίσταντ' ἀλλ' ἢ μᾶζαν καλέσαι καὶ ῥυππαπαῖ εἰπεῖν.* Schol. ad locum priorem vocem ita explicat: *ἔστι δὲ ἐπίρρημα τὸ ῥυππαπαῖ ναυτικὸν ὃ ἐν τῇ κωπηλασίᾳ φασὶν ὡς ἐγκέλευσμα* et similiter schol. ad Ranarum versum. Vesp. 908 vox articulo *τὸ* praefixo totam remigum multitudinem, qui secundum epiphonema quo potissimum utuntur appellantur, significat. De origine vocis nihil constat.

Ὓ ῦ.

Sexies per senarium repetitum Plut. 895. Schol. explicat: *διὰ τῶν ψιλῶν τούτων ῦ δείκνυσιν. ὅτι χοιρείων ὀσμῆς ἤσθετο. Ἄλλως. ῦ ῦ ἐπίρρημα θαυμαστικὸν ὅπερ ἐν τῇ συνηθείᾳ λέγομεν. ὡς ὀσφραινόμενος τοῦτό φησι.* Sycophanta olfaciens carnes suillas verba dicit; olfacientis igitur interiectio est, quae perperam et contra metri rationem duplici circumflexo notatur. Si scholiasta dicit *διὰ τῶν ψιλῶν τού-*

---

[31]) cf. quae s. v. *βαβαί* dixi.

των ῡ δείκνυσι, hoc valet priorem cuiusque pedis syllabam spiritu leni scribendam esse et hoc quidem rei exigente natura. Nam priore ῡ odores in nares inducuntur, altero eduntur. Ex his etiam sequitur voces non disiunctim scribendas esse, sed uno verbo ὑῦ, secundum ῡ spiritu aspero pronuntiatum, quem quidem Graeci ex more signo non exprimebant. Si in duas voces dirimere mavis, ὔ ὗ scribendum, prius tenui et acuto, alterum aspero et circumflexo, id quod fortasse rectius est.

Φ ε ῦ.

Ach. 457 extra versum; item Nub. 40. Vesp. 308 cum ἀππαπαῖ coniunctum. Av. 161 duplicatum φεῦ φεῦ. ibid. 1724 ὦ φεῦ φεῦ τῆς ὥρας, τοῦ κάλλους, ubi genetivi a φεῦ pendent; ceterum ὦ in hoc loco rectius ὤ acuto scribendum est, nempe quoniam est ὤ σχετλιαστικόν, qua de re s. v. ὤ dicam. Lys. 198 φεῦ δᾶ quod est δωρικῶς pro φεῦ γῆς[32]) dictum; ibid. 256. 312 φεῦ τοῦ καπνοῦ, ubi vero secundum vv. 295 et 304 φῦ scribendum. Ran. 141 φεῦ ὡς μέγα δύνασθον πανταχοῦ τὼ δύ᾽ ὀβολώ. Plut. 362 φεῦ, ὡς οὐδὲν ἀτεχνῶς ὑγιές ἐστιν οὐδενός. Φεῦ secundum Suidam est σχετλιαστικὸν ἐπίρρημα ἢ ὀδυνηρὸν οἴμωγμα. Schol. ad Av. 161 et Etym. Gud. 639, 12 καὶ θαυμαστικόν esse adnotant. Sic apud Aristophanem dolentis vel commiserantis est Av. 161. Lys. 198. 256. Malim Ran. 141 et imprimis Ach. 457 esse gaudentis vel laetantis, quod Dicaeopolis ea quae ex Euripide quaesivit accepit. Et hanc vel similem significationem φεῦ nonnunquam habuisse demonstrat aperte Soph. Phil. 234 φεῦ, τό καὶ λαβεῖν πρόσφθεγμα τοιοῦδ᾽ ἀνδρός i. e. heu, quam dulce est.

Φ ῦ.

Lys. 294 φῦ φῦ extra versum positum; item 304. Thesm. 245 φῦ ἰοὺ τῆς ἀσβόλου, nam sic sine dubio scribendum cum Dindorfio pro φεῦ. Voce φῦ utuntur qui per os flant, ut explicat schol. ad Lys. 294 φυσᾷ τῷ στόματι. Ceterum duplicatum φῦ est sine dubio instar μυμῦ scribendum φυφῖ.

---

[32]) Etym. M. s. v. φεῦ.

"Ω.

Nub. 1378 ὢ τί σ' εἴπω; Vesp. 187 ὢ μιαρώτατος. Pax 692 duplicatum extra versum ὢ ὤ. Lys. 836 ὢ νὴ Δί' ἐστὶ δῆτα. ibid. 857 ὢ πρὸς τῶν θεῶν. ibid. 1270 ὢ δεῦρ' ἴθι δεῦρ'. Ran. 19 ὢ τρισκακοδαίμων. ibid. 269 ὢ παῦε παῦε. ibid. 921 ὢ παμπόνηρος. Eccl. 160 ὢ νὴ τὸν Ἀπόλλω. ibid. 970 ὢ ἱκετεύω.

Ab ὦ circumflexo scriptum grammatici distinguunt ὤ oxytonum, sicut Etym. M. 79, 13 τὸ ὢ ἡνίκα θαυμαστικὸν λαμβάνεται, ὀξύνεται καὶ χωρεῖ εἰς ἐπιρρηματικὴν σύνταξιν, οἷον ὢ Ἡράκλης. Similiter Et. Gud. 576, 41. Explicatius Thomas Magister p. 408 (ed. Ritsch.) τὸ ὢ μετὰ τῆς κλητικῆς οὐδέποτε ὀξύνεται, εἰ καὶ ἔκπληξιν ὁ λόγος ἔχει καὶ θαῦμα, οἷον ὦ Ἡράκλεις, ὦ θαῦμα θαυμάτων. οὐ γὰρ τὸ ὦ μόνον ἐν τούτοις ἐμφαίνεται τὴν ἔκπληξιν καὶ τὸ θαῦμα, ἀλλὰ μετὰ τῶν κλητικῶν. ὅτε δὲ ἐπάγεται γενικὴ ἐξ ἀνάγκης ὀξύνεται. τότε γὰρ πάντως ὢ σχετλιαστικὸν ἔστι οἷον ὢ τῆς ἐμῆς ἀθλιότητος κ. τ. λ. Accentum acutum saepe a librariis et editoribus in circumflexum mutatum esse perspicuum est[33]). Si veteres in utroque ὤ et ὦ pari pronuntiatione utebantur, quod satis verisimile est, hae duae voces auctoribus grammaticis ita distinguendae sunt ut ὤ accentu acuto scriptum nominativis, genetivis, vocativis, aliis vocabulis vel lamentantium vel mirantium praeponatur, ὦ circumflexo scriptum solis alloquentium formulis, quamquam hae quoque non raro lamentantium vel mirantium sunt. Itaque saepe dici non potest, quomodo distinguendum sit, ut Lys. 1097 ὢ χαίρετ' ὦ Λάκωνες. Ach. 872 ὦ χαῖρε. ibid. 334 μηδαμῶς. Sine dubio scribendum ὤ in his locis: Av. 1724 ὤ φεῦ φεῦ τῆς ὥρας. Thesm. 1019 ὢ πρὸς Αἰδοῦς [sic sine dubio recte Seidlerus pro προσαιδοῦσσαι codicum]. ibid. 1047 ὢ κατάρατος ἐγώ. Plut. 458 ὢ πρὸς τῶν θεῶν. ibid. 777 ὢ τλήμων ἐγώ. ibid. 1176 ὢ πρὸς τῶν θεῶν.

---

33) cf. Bast. ad Aristaen. p. 209. Brunck. ad Lys. 836.

Ὤμοι.

Nub. 925 ὤμοι σοφίας ὤμοι μανίας, Thesm. 222. Usus et significatio vocis ὤμοι par est οἴμοι. Puto propter paucitatem exemplorum ὤμοι Aristophani alienum esse, quippe quod magis tragicorum est. Nam etiam hi pauci loci in quibus ὤμοι legitur, iure in dubitationem vocandi sunt, quoniam vel his locis codices melioris notae οἴμοι praebent. Quare iure ὤμοι Aristophani abnegandum videtur et in illis duobus locis οἴμοι scribendum.

Ὠόπ.

Av. 1394 extra versum. Ran. 180 ὠὸπ παραβαλοῦ. Significationem huius vocis circumscribit schol. ad Av. 1394: παρακελεύεται αὐτῷ παύσασθαι τοῦ ᾄδειν, ὡς οἱ ἐρέσσοντες. κέλευσμα γάρ ἐστι τὸ ὠὸπ τῶν ἐρεσσόντων καταπαῦον τὴν κωπηλασίαν. Epiphonema igitur est nautarum, quo remiges iubent cymbam ripae applicare. Etiam paullo aliam formam invenimus Ran. 207 ὢ ὀπόπ, ὢ ὀπόπ, ὢ ὀπόπ, sic in Veneto, abest a Ravennate. Hoc non in ὠὸπ ὠόπ ut Dindorfius fecit mutandum esse puto; duobus enim supra nominatis locis ubi vox legitur, significat finem remigationis, hoc autem in loco initium remigationis, quapropter etiam Dionysus κατακέλευε δή dicit. Charon igitur id facit quod alibi κατακελευστής in navi, tibia canens, ut remiges rhythmum vel numerum remigandi percipiant. Quare etiam aptissimum videtur saepius Charonem ὢ ὀπόπ dicere, nempe ut Dionysus eo facilius percipiat, quomodo remigatio instituenda sit.

Alias interiectiones et huius generis voces, quippe quarum vis et sensus aut per se planus ac perspicuus erat aut quae adnotationibus locum non praebebant, cogitate omisi, ut varias avium voces,

κικκαβαῦ Av. 261, ἐποποῖ Av. 59, 60, 227. βρεκεκεκὲξ κοὰξ κοάξ et φλαττοθραττο φλαττοθρατ Ran. 1285, κοΐ κοΐ Ach. 780 sq.

Iam pauca dicenda sunt de vocibus vel formulis quae apud Aristophanem quidem interiectionum munere fungi videntur, quarum autem vis vel usus prius aut apud alios auctores alius est.

Τὸ δεῖνα.

Haesitabam paullisper, num hanc vocem in harum interiectionum indicem referrem; nec infitiari possum, paullo aliam huius vocis condicionem esse quam ceterarum de quibus mihi res est; movit me tamen numerus locorum, in quibus vox apud Aristophanem legitur. In universum de voce *δεῖνα* haec constant. *Δεῖνα* vox est qua utuntur praefixo articulo loco nominis eius de quo locuntur, et sic saepe si neminem certum nominare volunt; vel ut explicat schol. ad Luc. vit. auct. c. 19 *ὅτι τὸ δεῖνα εἰώθασιν οἱ παλαιοὶ λέγειν. οὕτως ἀφελῶς τὸν λόγον προάγοντες ἐπὶ τῶν συγκρύπτειν τί βουλομένων τῇ ἀοριστίᾳ τοῦ ὀνόματος τὸ ὑποκείμενον δηλοῦντες.* Ita neutrum *τὸ δεῖνα* saepe ponitur sensu obscoeno ut Ach. 1149. Praetera masculinun *ὁ δεῖνα* invenitur *δεικτικῶς* ut sit hicce, e. g. Ran. 918 *τὸ δὲ ταῦτ' ἔδρασ' ὁ δεῖνα.* Neutrum *τὸ δεῖνα* est etiam ubi loco interiectionis ponitur. Primus, qui de hoc vocis usu accuratius dixit Brunckius est ad Lys. 921 *Καίτοι, τὸ δεῖνα, ψίαθος ἔστ' ἐξοιστέα.* „Voces *τὸ δεῖνα* cum ceteris partibus sermonis non construuntur, quod distinctione indicavi: Est *ἐπιφώνημα* seu interiectio affectum animi significans, sive mirantis sive dolentis sive indignantis, nec alio verbo melius reddi potest, quam comicis latinis frequentissimo Perii. Plaut. Truc. III, 2, 21. Terent. Eun. II, 3, 69. Alibi ut in Pace 268 alia comicis latinis non minus frequenti interiectione usus sum, Malum. Quid sibi vellet istud *τὸ δεῖνα* non intellexerunt interpretes. Verti equidem: At perii, teges efferenda est“. Quod vir doctissimus uno tantummodo exemplo observavit singulis locis confirmandum est, ita ut significationem quam vox in singulis locis habet accuratius circumscribamus. Vesp. 524 *εἰπέ μοι τί δ' ἦν, τὸ δεῖνα, τῇ διαιτῇ μὴ 'μμένῃς;* Agedum dic, quid futurum sit si non steteris in eo, quod de te iudicatum erit. Filius illo *τὸ δεῖνα* quod hoc loco fortassis per eheu reddi potest, tamquam antea sibi animo fingit, quomodo pater se gesturus sit, si in defensione sua muneris iudicialis non steterit. — Pax 268 *τὸ δεῖνα γὰρ ἀπόλωλ' Ἀθηναίοισιν ἀλετρίβανος,* eheu me miserum periit Atheniensibus pistillum. Namque compertum habuit Cydoemus, si non perfecisset quod a Polemo iussus esset, poenas sese daturum. —

ibid. 879 *οὗτος τί περιγράφεις; ΟΙ. τὸ δεῖν' εἰς Ἴσθμια σκηνὴν ἐμαυτοῦ τῷ πέει καταλαμβάνω.* Dum Trygaeus ad spectatores conversus se Theoriam alicui servandam daturum profitetur, servus libidine inflammatus ut Brunckius ait ne rumpatur tentigine manu utitur amica, nempe clam domino. Tum iste subito terga vertit et a servo in manifesto facinore deprehenso quaerit *οὗτος τί περιγράφεις.* Servus initio non habet quid respondeat; nihilque aliud quam *τὸ δεῖνα* dicere potest; *τὸ δεῖνα* igitur hoc loco aegre respondentis est, ut explicat schol. ad Thesm. 620 *οἱ μὴ δυνάμενοι λέγειν τοιαῦτα λέγουσιν.* Itaque *τὸ δεῖνα* hoc loco interiectionis munere non fungitur. — Lys. 921 *καίτοι, τὸ δεῖνα, ψίαθος ἐστ' ἐξοιστέα,* perii, teges efferenda est; item ibid. 926 *καίτοι, τὸ δεῖνα, προσκεφάλαιον οὐκ ἔχεις.* — Av. 648 *ἀτὰρ τὸ δεῖνα δεῦρ' ἐπανάκρουσαι πάλιν* et Lys. 1168 *τὸ δεῖνα τοίνυν παράδοθ' ἡμῖν τουτονί* et Aeolosic. ap. Athen. III, p. 95 E[34]) *καὶ μὴν τὸ δεῖν' ἀκροκώλια δέ σοι τέτταρα ἥψησα τακερά* intellegere non possum, quomodo in hac voce quidquam interiectionis lateat. Itaque quamquam nonnullis Aristophanis locis non disconvenit interiectionis usus quem statuit Brunckius, tamen plurimi loci relinquuntur, in quos non quadrat. Rectissime mihi vim huius vocis circumscripsisse videtur Cobetus: „ita locuntur, quibus subito in mentem venit aliquid monere aut rogare, quod in rem praesentem faciat, cuius adhuc fuerint immemores“[35]).

Κόκκυ.

Av. 505 *χὠπόθ' ὁ κόκκυξ εἴποι κόκκυ.* Ran. 1384 *Κόκκυ μέθεσθε.* Vox cuculi, qua Dionysus in Ranis utitur ad temporis momentum significandum, quo Aeschylus et Euripides trutinam dimittant. Ceterum verisimillimum esse puto Dionysum non ipsum *κόκκυ* dicere, sed labris tantummodo crepare.

---

[34]) frag. 109 Dind.
[35]) cf. Thesm. 620 sq.

Τήνελλα καλλίνικος.

Ach. 1227 sq. *τήνελλα δῆτ' εἴπερ καλεῖς, ὦ πρέσβυ καλλίνικος.* ibid. 1231 *ἕπεσθέ νυν ᾄδοντες ὦ τήνελλα καλλίνικος.* 1232 *ἀλλ' ἑψόμεσθα σὴν χάριν τήνελλα καλλίνικον ᾄδοντες σὲ καὶ τὸν ἀσκόν.* Av. 1762 *τήνελλα καλλίνικος ὦ δαιμόνων ὑπέρτατε.*

Secundum schol. ad Ach. 1230 et Av. 1762 et Etym. M. 757, 31 *τὸ τήνελλα μίμησίς ἐστι φωνῆς κρούματος αὐλοῦ ποιᾶς ἀπὸ τοῦ ἐφυμνίου οὗ εἶπεν Ἀρχίλοχος εἰς τὸν Ἡρακλέα μετὰ τὸν ἆθλον Αὐγέου.* Carmen Archilochi auctore scholiasta ad Ach. 1227 emendatum ab Elmsleio hoc est[36]):

ὦ καλλίνικε χαῖρ' ἄναξ Ἡράκλεες,
αὐτός τε κ'ιόλαος, αἰχμητὰ δύο·
τήνελλα καλλίνικος.

Vox igitur ab Archilocho ficta ad imitationem citharae soni inde fausta acclamatio eis qui in agonibus praemium reportabant accinebatur. His locis cum sit *τήνελλα ἐπιφώνημα* et indeclinabile, alius locus, quo vox apud Aristophanem legitur iure in suspicionem vocandus est, Equ. 276 *ἀλλ' ἐὰν μὲν τόνδε νικᾷς τῇ βοῇ τήνελλος εἶ,* sic codices. Sensus perspicuus est; si eum clamore viceris, victor es, tum *τήνελλα* tibi victori acclamabimus. Quae forma insolita *τήνελλος* dudum criticos vexavit. Porsonus *τήνελλ' ἔστι* corrigebat, Kockius *τήνελλά σοι,* quod sine dubio a codicum scriptura non alienum est; sed Porsoni emendatio mihi nimis dura videtur, quod *τήνελλα* eodem quo *τήνελλος* i. e. is cui *τήνελλα* acclamatur, sensu accipiendum esset, et in Kockii coniectura desideratur *ἔσται.* Mirum in modum Meinekius[37]) locum sanare conatus est, scribens *τηνελλάσει* i. e. *τηνελλασθήσει, τήνελλα* tibi acclamabitur; finxisset igitur poeta ex Meinekii opinione verbum *τηνελλάζειν.* Neminem Meinekio assensurum puto, nam si etiam ab interiectionibus verba derivantur ut *εὐάζειν* ab *εὐαῖ, αἰάζειν* ab *αἰαῖ,* multa alia eiusdem generis, tamen talia verba vix passive posita occurrere puto sed semper active. Puto in scriptura codicum, quae etiam Ravennatis est et Veneti, acquiescendum

[36]) cf. schol. ad Pind. ol. IX, 1.
[37]) Vindiciae Ar. p. 55.

esse. Aristophanes, ut saepe ad comicam vim augendam fecit, a τήνελλα substantivum τήνελλος derivavit, is cui τήνελλα accinitur, h. e. victor.

Excursus de παρεπιγραφῇ.

Index ad scholiorum Aristophaneorum editionem Parisinam a Duebnero confectus locos scholiorum, ubi vox legitur enumerat. *Παρεπιγραφὴ* dicuntur omnia ea quae *παρεπιγράφεται* in exemplaribus. Nempe a poeta nil nisi verba contextus edebantur, paullatim autem, omnium maxime ab Alexandrinis grammaticis et criticis in textus fabularum scaenicarum, nam de his, non de carminibus epicis aut lyricis agitur, in margine variae naturae notulae adscriptae sunt, exempli gratia, qui gestus histrioni faciendi essent et alia ad externam actionem spectantia. Partim igitur *παρεπιγραφαί* ad lectoribus illustrandam scaenam vel ad ea quae in scaena fiebant interpretanda et intellegenda adscribebantur, uti initio Nubium adnotatur: *παρεπιγραφὴ δέ. συγκεκαλυμμένος καὶ καθεύδων ὑποτίθεται ἐξανακαλυψάμενος καὶ ἔξω τὴν κεφαλὴν ποιήσας τοῦ περιβλήματος.* Itaque simul notae vel praecepta erant talia histrionibus, si fabulae postea iterum agebantur[38]). Praeterea in *παρεπιγραφῇ* ea notabantur quae post scaenam fiunt et tales *παρεπιγραφαί* in ipse textu nostro Aristophanis inveniuntur, e. g. Ran. 312 *αὐλεῖ τις ἔνδοθεν,* idem in eadem fabula 1264 et Ach. 112, *ἀνανεύει* et *ἐπινεύει,* de eccyclemate Thesm. 277 *ἐκκυκλεῖται τὸ ἔξω τὸ θεσμοφόριον;* similiter Av. 222 et Thesm. 129. Saepius *παρεπιφραφή* invenitur ad interiectiones apposita, e. g. Nub. 277 ad *ἰατταταῖ: ἔστι δὲ παρεπιγραφή. κατακλιθεὶς γὰρ καὶ μὴ δυνάμενος ὑπενεγκεῖν παρεκάλει;* item Equ. 121 ad *ἰατταταιάξ: παρεπιγραφὴ δὲ λέγεται τὰ τοιαῦτα, ἀλλὰ γίνεται καὶ τοῖς σχήμασι,* ad quae sine dubio referendum schol. ad Equ. 373 *παρεπιγραφὴ τὸ σχῆμα.* Scholiasta igitur dicere vult, histrioni, qui pronuntiat interiectionem, simul *σχῆμα* h. e. gestum quendam faciendum

---

38) Ita praeterea ad Nub. 18 et 1240. Equ. 710. 784. Huius generis explicationes plerumque per *γάρ* instituuntur.

esse [39]), quem tum explicat, ut Equ. 451 *ἰού: τοῦτο παρεπιγραφή. τυπτόμενον γὰρ ὑποκρίνεται;* item ad Pac. 1066. Itaque significat *παρεπιγραφὴ* ea ipsa verba poetae quae explicatione digna videntur, ut ad Nub. 82 *καὶ δῆλον ὅτι παρεπιγραφὴ τὸ ἰδού,* ad Equ. 1. 21. Hic vocis usus multo rarius invenitur. Denique etiam in metrica singulorum versuum descriptione *παρεπιγραφή* usurpata esse videtur, quamquam de hac re nihil certi dici potest; sic Ach. init. et Pac. 1103. Frequentissime igitur *παρεπιγραφή* eas scholiastarum notas significat, quibus gestus histrionum vel in universum ea quae in scaena fiunt explicantur.

39) quod *σχηματίζειν* dicitur, ut in versibus incerti poetae ap. Athen. I, p. 21 F *πολλὰ τοιαυτὶ καὶ τοιαυτὶ καὶ δεῦρο σχηματίσαντες.*



Halle, Druck von E. Karras.